




ANTHOLOGIAE GRAECAE

CUM

VERSIONE LATINA

HUGONIS GROTII

EDITAE

AB

HIERONYMO DE BOSCH

TOMUS TERTIUS.



ULTRAJECTI

E TYPOGRAPHIA B. WILD & J. ALTHEER,

MDCCXCVIII.

CORNELIO VAN LENNEP

ET

DANIELI HOOFT

AMICIS

S. D.

HIERONYMUS DE BOSCH.

Magnum ſane & praeclarum nomen amicitia eſt, de qua quid judicaverint multi docti & ſapientes viri, memoriae proditum eſt. Horum bene diſputandi facultatem admirantes nos etiam, cum domi aut in hortis una esſemus, de ea re, quae tantis opportunitatibus abundabat, ſaepius noſtro modo ſumus locuti; quod quidem eo lubentius faciebamus, quoniam in ſumma familiaritate ejus fructus caperemus uberrimos.

Inter omnes autem, qui de amicitia commentati ſunt, auctores nobis ſemper ante oculos verſabatur divinum illud M. T. Ciceronis ingenium, qui ſub perſona Laelii ita de ea diſſeruit, ut unus e multis & amicitiae vim intellexiſſe, atque ejus ubertatem ac necesſitatem aliis expoſuiſſe, ſit habitus. Haerent infixa animis ſummi dicendi magiſtri praecepta, qui hic nihil fictum, nihil ſimulatum, ſed quidquid eſſet, verum & voluntarium eſſe volebat, qui, quod per totam diſputationem maxime urguet, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe ſen-

tiebat, qui denique, ut omnia ejus incommoda perſpecta habebat, non minus adverſus ea, & quae hic nonnunquam ex oriri ſolent diſſidia, ut prudentiſſimus medicus, ſalutaria admodum adhibuit remedia.

Et tamen, cum nuper ad vos de hac re aliquid ſcribere vellem, atque ea cogitatione Ciceronis libellum de amicitia accurate relegerem, neſcio quid magnus ille vir ſcribendique artifex egregius vel omiſiſſe vel ſaltem non ſatis diligenter explicasſe, mihi viſus eſt. Scipionis quidem ſententiam, qui dicere ſolebat, nihil difficilius eſſe, quam amicitiam ad extremum vitae permanere, optime refellit, non iis vero utitur rationibus, quibus id ſolum confici poſſe exiſtimamus, & in quibus noſtra ſaltem amicitia jamdudum placide acquievit.

Incidunt ſane ſaepe tempora, qualia noſtra aetas plus ſemel vidit, vel ut amici de republica non idem ſentiant, vel ut intervenientibus cauſſis ipſorum voluntates ac mores immutentur atque ad alia ſtudia, quam in quibus antea verſari ſolebant, ipſi nonnunquam transferantur. Unde quidem aliqua opinionum diſſenſio, non vero animorum disjunctio inter veros & perfectos amicos enaſci poteſt.

At Cicero, qui in adminiſtratione reipublicae atque inde gloriam conſequendi voluptate omnia ponebat, in amicitia voluntatum, ſtudiorum ac ſententiarum diſſenſionem nimis aegre tuliſſe videtur, atque illud, quod ad probitatem ac virtutem, optimas & unicas omnis honeſti amoris conciliatrices, tantum pertineret, etiam aliis rebus adjunxiſſe, & quidem diverſis iſtis rationibus, quas probi viri & amici in ordinando reipublicae ſtatu ſe nonnunquam ſequi atque amplecti debere arbitrantur, quod, me judice, cui reipublicae ſalus non minori curae eſt, quam optimo cuique, fieri non oportet; quoniam hic, ſicuti pleraque mortalium, conſilia ſaepius incerta ſunt, & ipſo teſte (†) *Cicerone, ad novos caſus temporum, novorum conſiliorum rationes accommodantur; quale nihil quidquam amicitia admittit. In cujus, melioribus & certioribus ornatae ſubſidiis, ſuaviſſimo uſu, quid ſit tempora conſulere eorumque rationes ad voluntates noſtras accommodare, plane ignota res eſt, vel ſaltem eſſe debet. Non inutile autem erit,*

(†) Pro Lege Manil. cap. 20.

erit, hanc nostram sententiam exemplo, ab hoc loco non plane alieno, illustrare.

D. Heinsius, vir eruditissimus, vivebat cum HUGONE GROTIO *conjunctissime & quavis data occasione erat illius virtutum praedicator celeberrimus. Cum itaque anno* 1603. *Hesiodum ederet, etiam in Graeco carmine* GROTII *amicitiam atque doctrinam summis laudibus efferre non dubitavit: sequentibus vero temporibus cum Heinsius alteram Hesiodi editionem in lucem proferret, & a* GROTIO *de republica dissentiret, ea verba, quae* GROTII *laudes continerent, ejecit; quam rem ita enarrat praestantissimus auctor Jo. Alb. Fabricius.* (†)

„ *Penultimus in appendice hymni versus*

„ Γρωτιάδην τ' ἐρίηρα, φίλον ζύγος αἰὲν ἐόντε, —

„ *omissus est in editione Heinsiana* 1622 *in Octa-* „ *vo, post Synodum Dordracenam edita,*" (*etiam in aliis recentioribus*) *quod Heinsius non auderet tantis laudibus mactare nomen* HUGONIS GROTII, *laudatissimum profecto, sed praevalentibus tum in Belgio partibus invisum.*

Videmus Heinsii inbecillitatem animi, qui rebus dubiis se non auderet profiteri amicum istius viri, quo nec doctior nec melior vixit unquam. Sed illud tempori condonandum forte nonnulli putabunt, neque in ea re esse ullam infesti animi significationem. Verum enim vero non his continetur finibus, latius hoc, si quando eruperit, serpit malum, atque omnem jucunditatem ac honestatem ex hominum vita tollit. Quid enim turpius ac magis jejunum excogitari potest, quam propter quoddam reipublicae bene gerendae studium, quo hic & ille libertatem tueri patriaeque commodis se inservire opinantur, & penes quem sit veritas in tantis animorum perturbationibus & rerum civilium fluctibus difficile admodum est intellectu, sanctissimum nomen amicitiae violare, inveteratas familiaritates non modo extinguere, sed etiam odia suscipere sempiterna; quod

(†) Bibl. Graec.. 2. cap. 8. pag. 383.

quod tamen nostris temporibus non semel factum esse cum bonis omnibus lugemus.

Si jam tale quid accidere possit iis, qui levi admodum sunt ingenio & apud quos, ut ait Terentius, non bene vivitur, non valde repugnamus: at si quis ulterius progredi atque de omni animorum conjunctione idem statui posse existimet, meo quidem judicio longe a veritate aberrat.

Vos, amici, vos appello, qui in nostra patria rebus gerendis non solum affuistis, verum etiam praefuistis, si jam alias partes, quam ego, in republica secuti essetis, num eo amicitia nostra minoribus fructibus redundasset? non multum sapere videamur; sed illud saltem nostris studiis & vigiliis consecuti sumus, ut bene intelligamus, in bellis civilibus ab utraque parte, sicut olim, ita & nunc, quam maxime peccari; & eum solum esse fortem, honestum ac sapientem virum, qui dissociatos civium animos rursum conjungere, & veterem tranquillitatem ac securitatem reipublicae reddere possit. Quare haec temporum intervalla aut partium studia aut fortunae ludibria aeque minus valebant ad mutuam nostram voluntatem interrumpendam, ne dicam, tollendam, quam siquis nostrum aliam vestem indueret, aut alio cibi aut potionis genere quam antea delectaretur.

In eam igitur cogitationem veni, ut nostra amicitia, jam per triginta fere annos non ullis rerum vicissitudinibus, neque temporum rationibus obnoxia, non ullis commodis aut incommodis a suo primo splendore quidquam immutata, longe aliis & firmioribus, quam quae Cicero commemoravit, niteretur fundamentis. Quae dum quaero, statim ultro mihi occurrit quaedam persuasio aut potius certa opinio, nihil a nobis invicem nisi ab optimo animo posse proficisci; adeo ut, si quidquam vitii aut labis jam emergere videretur, cujus nemo immunis est, protinus ad illud ejusdem Ciceronis confugeremus praeceptum, (†) *quo monet, non vivi cum perfectis hominibus pleneque sapientibus, sed cum iis, in quibus praeclare agitur, si sunt simulacra virtutis. Quae quidem opinio, prima hora contractae nostrae consuetudinis suscepta, longo rerum usu confirmata, hodie tam altas apud nos egit radices, ut quiquid acciderit, nihil mali hinc timendum sit.*

To-

(†) De officiis Libr. 1. cap. 12.

Tota prius naturae nostrae indoles convertatur, atque, ut ita dicam, transformetur necesse est, quam si ea, qua sumus aetate, ulla res intercedere possit, quae de pristina nostra benevolentia vel quidquam limet aut detrahat: Atque hoc pacto non modo spes affulget fore, ut ad extremum vitae, quod tam difficile esse olim existimabat Scipio, futuri simus amici; sed certissimam rem esse plane denuntio.

Quare, si idem Scipio suae, quam cum Laelio contraxerat, familiaritatis memoriam sempiternam & ipsi posteritati notam fore desideraret; Ego, qui non minores quam Scipio aut Laelius glorior habere amicos, sinerem tria amicorum, quales in omni antiquitate vix inveniuntur, nomina ignota esse posteris? nunquam profecto illud, quo semper erga vos fui animo, patiar.

Sed quis ego sum? si quid scripserim, quod forte nostrorum hominum auribus placuerit, an id ad cognitionem posteritatis perventurum sit, omnino incertum est; alia igitur erat invenienda via, qua illud, quod tantopere cuperem, praestare possem & quod per me minus liceret, id per summum virum HUGONEM GROTIUM *effectum redderem. Neque in ea re me frustrabitur spes: nemo enim est, qui dubitet, quin* GROTIANI *ingenii fructus etiam admiratura sit posteritas, & iis additura monumentis, quae olim Graeci & Romani reliquerunt, cum iis vel inventionis gloria, vel accuratae doctrinae diligentia, vel bonarum rerum copia, vel denique summa scripturae elegantia ac venustate conjunctissimos.*

Absolutis igitur tribus Anthologiae Graecae, ab HUGONE GROTIO *Latinis versibus redditae, voluminibus, facere non possum, quin illud opus, quod apud posteros semper erit in deliciis & inter insignia eloquentiae atque industriae censebitur argumenta, vobis offeram non sine summa significatione nostrae mutuae voluntatis. Sic enim fieri posse putabam, ut nostra amicitia, conjuncta cum* GROTII *doctrina & ingenii fertilitate, etiam posteris innotesceret, quod si fuerim consecutus, me non frustra natum esse arbitrabor. Tantum, aut etiam plus quam necesse est, de consuetudine nostra.*

Nunc de hoc volumine agendum, quod, cum duobus prioribus conjunctum, Anthologiae Planudeae, septem libris comprehensae, continet epigrammata, ne iis quidem paucissimis

exceptis, quae GROTIUS *Latine non reddidit, atque ideo a nobis asteriscis notata sunt.*

Illud idem a nobis praestandum fuisset in Pauli Silentiarii Carmine de Thermis Pythicis, quod jam ab Aldi tempore libro septimo Epigrammatum subjici solet. At illud carmen cum in editione Juntina 1519 *ita perturbato ordine & confusa versuum conjunctione legeretur, ut nihil intelligi posset, atque eadem carminis perturbatio propagata esset in Frobenianis, Stephanianis & Wechelianis editionibus, quas potissimum secutus est* GROTIUS, *mirum sane non est, quod elegantis judicii vir illud, ita editum, ut bonum sensum non admitteret, latine reddere neglexerit. Nihilominus tamen id suo pristino loco posuissemus, nisi antistes doctissimus* P. D. HUETIUS, *qui hanc carminis confusionem vidit, sed male eam a Frobeniana* 1549 *repetit, cum potius a memorata editione Juntina* 1519 *deducenda sit, in suis ad Anthologiam notis amplum de eo commentarium dedisset: ante quod commentarium, loco nunc admodum opportuno, ita a nobis positum est, ut habetur in tribus Aldinis* 1503. 1521. & 1530. *atque editione Veneta, eodem anno* 1550. *apud Petrum & Joan. Mariam Nicolinos Sabienses in lucem emissa, cum ceterae editiones hic non ullo ordine sint.*

His omnibus ita dispositis accedunt duae appendices, altera Aldina, altera Stephanica, tum etiam quaecumque in praeclarissimo Inscriptionum, a Grutero editarum, leguntur opere, ut & alia plura GROTII *temporibus nondum typis vulgata epigrammata, de quibus Clericus & alii viri docti mentionem fecerunt, &* GROTIUS *ita scribit ad G. Joh Vossium ep.* 527. adjeci epigrammata non pauca, praeter ea, quae suae editioni subnexerat Henr. Stephanus, EX INSCRIPTIONIBUS ET LIBRIS. *Ne dicam de iis carminibus, quae e tenebris eruta vel plane nova vel pluribus versibus auctiora ipsi Anthologiae Planudeae pluribus in locis inserta sunt. Denique, ut ab hac editione nihil omnino ornatus abesset, praeter ea Theocriti carmina, quae in Anthologia inveniuntur, etiam quatuor alia, ab eodem* GROTIO *Latinis versibus reddita, huc introducenda esse, putavi.*

Est

Est itaque, ut ego quidem existimo, opus absolutum ac perfectum, quod ut, dum viveret, in lucem prodiret, omni studio laboravit nobilissimus auctor, & per plures quam centum & quinquaginta annos ab omnibus eruditis, ut splendidissimum humani ingenii monumentum, frustra fuit desideratum.

Notum est omnibus, qui his litterarum studiis operam dant, GROTIUM, *Parisiis habitantem anno* 1623 *edidisse Dicta poëtarum, quae apud Stobaeum exstant, emendata & Latino carmine reddita; cui Stobaeanae collectioni tribus annis post, quasi supplementum quoddam, adjunxit Excerpta ex Tragoediis & Comoediis Graecis, tum quae extant, tum quae perierunt, emendata & Latinis versibus reddita.*

Accedat ergo, *ut ipsius auctoris verbis utar,* **ad illos duos, velut fratres suos tertius hic liber, fructu quantum ex ante dictis colligi potest, magisque ipsa lectione apparebit, nihilo illis minor.**

De amoenitate vero ac praestantia hujus operis pluribus disserere nihil attinet. Illud tamen observandum arbitror, quod, cum ab eo jam inde tempore, quo primum instauratum ac renovatum fuit humaniorum litterarum studium, multi praestantissimi atque elegantissimi viri in nonnullis carminibus e Graeca Anthologia Latinis versibus reddendis operam suam locassent, nemo tamen inter omnes eos, quorum plures quam treceni memorantur principes, inventus sit, qui in Epigrammatibus Graecis Latinis versibus reddendis, vel verborum proprietate, sermonis perspicuitate, vel dictionis simplicitate atque elegantia cum HUGONE GROTIO *comparari possit. Adeo verum est quod dixit Brunckius,* **talem aut omnino nullum Graeca Epigrammata postulare interpretem;** *Quare nobis mirandum videtur, quod his temporibus, quibus* GROTIANI *ingenii hac in parte laetissimi hominibus doctis offeruntur fructus, etiam inveniantur, qui alias res somniant ac nobis, tanquam ignotam mercem, obtrudere volunt aliorum doctorum virorum Graecae Anthologiae versiones Latinas, inter quos inprimis est Chardon la Rochette, vir eruditus, qui in* (1) *Diariis Gallicis formam atque ha-*

(1) Magasin Encyclopedique. IV. anneé. tom. 1. pag. 77, et seqq.

habitum descripsit libri rarissimi, vulgo dicti omnium Horarum obsonia; *hic libellus, ab Hieronymo Megisero in lucem editus, duobus constat voluminibus, & magnum numerum habet Epigrammatum, Latinis versibus semel atque iterum a peritissimis viris redditorum. Jam dudum apud me est, & ne ad id obstupescat vir eruditus, sincere affirmare possum, meum exemplum, quod e Bibliotheca Burmanniana* (1) *jam ante viginti fere annos ad me pervenit, plane convenire cum ea descriptione, quae in istis Diariis accurata admodum, sed satis ampla occurrit. Quid vero in istis ita dictis obsoniis bonae frugis sit, si comparentur cum suavissimo & pleno* HUGONIS GROTII *convivio, ii demum intelligent, qui cum Henrico Stephano antea viderint, quam inornate, quam imperite, quam infideliter nonnulli in interpetrando se gesserint.*

Quod ne temere quis dictum existimet, duo tantum, ne diutius in his morer, afferam exempla, quorum unum ad elegantiam, alterum ad sinceritatem versionis spectat.

Primum exemplum est istius ipsius Megiseri, non mali sane poëtae, versio Latina Epigrammatis 4. Lib. 1. t. 38. *ubi fingitur Mercurius indignari voracitatem Herculis, qui secum simul in via positus optima quaeque dona, ab ambulantibus utrique oblata, solus auferret.*

HIERONYMUS MEGISERUS.

Hac qui transitis: seu commigratis in urbem,
In virides agros sive tenetis iter:
Nos duo qui fausto tutamur numine fines,
Ut pote hic Alcides, atque ego Mercurius,
Erga homines placidi, ast animis discordibus inter
Nos sumus: iste etenim praeripit atque vorat,
Si mihi devotus pyra, vel dono offerat uvam
Maturam, atque etiam si sit acerba data.

Est

(1) In Catalogo 1779. pag. 188 No. 1149. sub hoc titulo: Anthologia Epigramm. Graecorum cum latina diversorum interpr. Gr. et Lat. Franc. 1614.

Est invisa mihi talis communio: munus
Si quis fert, is non donet utrique simul.
Sed, nostrae, dicens, componat jurgia litis
Sume hoc Alcides, Mercuri at illud habe.

HUGO GROTIUS.

Heus quibus hac iter est, seu vos rus mittit in urbem,
Seu vos deliciae ruris ab urbe vocant,
Finibus appositi duo Di sumus, ipse ego Majae
Filius, alter hic est Amphitryoniades.
Ambo boni vobis: inter nos non ita: quippe
Huc si forte pirum quis tulit, ille vorat.
Non aliter tractat quamcumque invenerit uvam,
Seu matura satis, seu male cocta datur.
Hunc socium me posse pati nego, sed dare si quis
Quid cupiat, ne det, quaeso, duobus idem.
Hoc tibi sume nepos Atlantis, & hoc tibi, dicat,
Alcide: sic lis non erit ulla super.

Quicumque sensum habet Poëseos pulchritudinis atque elegantiae, hic facile dijudicabit, penes quem sit bene Graeca carmina vertendi facultas.

Sed jam videamus infidelitatem aut potius ignorantiam auctorum, qui Graeca epigrammata latine reddere voluerunt.

Legitur Epigramma Lib. 1. t. 79. Ep. 1. *cujus initium* Ἐκλήθην παρὰ σοῦ τοῦ ῥήτορος. *de quo jam suo tempore* „† *Henr. Stephanus ita disseruit:* Ἐκλήθην *&c. id est* „*vocatus sum a te Rhetore (ad epulas videlicet,* „*aut ad prandium vel coenam) sive invitatus: is,* „*qui carmine ipsum reddidit, ita vertit illa ver-* „*ba,* Rhetora me dicis. *quod si in locis tam claris* „*& perspicuis ruunt velut in tenebris, & omnia,* „*miscent, quid eos in obscuris facturos putemus?*" *At in ea tam rara Megiseri collectione profecto haec non melius, sed etiam turpius se habent. Qui illud ibi epigramma* ver-

† In praef. ante Epigr. Graeca selecta 1570.

vertit, est Othomarus Luscinius, vir quavis fere pagina in Megiseri collectione notissimus. Versio talis est.

Rhetoris os summi vocor abs te, non tamen illud
Agnosco, hinc fama & major amicitia.
Namque vorans vulgi laudem mens, gaudia prorsus
Nulla capit, sensu ni probet illa suo.

Audiamus GROTIUM *hujus carminis interpretem.*

Non veni, quamquam tibi, vir facunde, vocatus,
Hic tamen addictum me tibi fecit honos.
Mens ignara dapum, sed quod sentitur ab illa
Est honor: haec animum pabula sola fovent.

Conferantur cum his Graeca, & Luscinium neque quidquam vidisse, neque intellexisse, fatendum est. Sed & alia ejusdem generis inter se comparentur plurima. Quilibet, harum rerum non ignarus, mecum sentiet, non modo inferioris ordinis homines, sed nec ipsum Scaligerum, nec Heinsium, nec Henr. Stephanum nec alios, licet linguae Graecae & poësios Latinae peritissimos, hic in eam laudis societatem venire potuisse, quam GROTIUS *divino suo ingenio solus sibi vindicavit. Omittamus igitur aliorum versiones, & non de iis, quas Megiserus, Rivinus, Stephanus aut alii collegerunt, simus solliciti, quibus persuasum esse oportet, unum* GROTIUM *& vim & eligantiam Graeci epigrammatis Latinis versibus expressisse. Quo carius illud munus nostrum debet esse Belgis, quoniam, ut in omni severiore doctrina, sic etiam in hoc leviore poësios genere se habuisse gloriari possunt civem, quem omnibus Germanis, Gallis, Anglis aliisque nationibus jure suo opponant.*

GROTIANAE *versioni adjecimus Praesulis doctissimi* P. D. HUETII *in Anthologiam notas: Primum quia plures praeclaras atque elegantes, a Brunckio & Jacobsio receptas emendationes, ad textum Planudeum refingendum, continent, & ad interpretationem locorum difficilium, in quibus, ut bene ait Jacobsius, haud pauca fideliter expedivit, plurimum conferunt.*

De-

Deinde quia vitiose admodum editae sunt, quod iis adhaerens vitium tollere tentavimus. Postremo quia celeberrimus Graevius, qui eas summi viri carminibus subjecit, has addi jam olim volebat Anthologiae Graecorum epigrammatum cum HUGONIS GROTII *versione; ut patet ex ipsius praefatione ante ejusdem* HUETII *poëmata, ubi haec verba leguntur.* „*Adjeci calci poëmatum notas* HUETII *in Anthologiam, quas ante duodecim admodum annos meae fidei commiserat, ut subnecterentur Anthologiae Graecorum epigrammatum cum versione* HUGONIS GROTII, *quam tum publicare constituerant Amsterodamenses cum ceteris magni viri ingenii monumentis. Sed & propter bellum, quo mox infestabamur diuturnum, & nescio quae alia, quae intervenerunt, spes illius tam desiderati operis evanuit. Ne autem tam eruditae & lectu dignissimae antistis Abrincensis observationes intercidant, statui rectius eas hic, quamvis alieno loco, legi quam nusquam.*"

HUETII *notas, suo loco hic itaque positas, excipiunt Frederici Sylburgii emendationes, adscriptae margini editionis Stephani, collatae cum* GRUTERI *exemplo, in quo collatio Palatini codicis habebatur, de quibus hoc in fronte libri datur testimonium.* „*Fredericus Sylburgius plurima epigrammata auctoribus suis restituit, quorum nomina in codice isto, manu exarato, adscripsit, nonnulla etiam verba, immo integros versus, qui deerant vulgo, instauravit.*" *Quid de his emendationibus & Codicis Palatini collatione judicandum sit, statuant viri eruditi. Nos putamus easdem esse notas, quas in Petri Francii bibliotheca per Sylburgium &* GRUTERUM *ad editionem Aldinam adjectas fuisse, memorat Fabricius* (†).

Il-

(†) Bibl. Gr. l. 3. cap. 28. p. 705.

Illud tantum hoc tempore de iis observamus, quod Fr. Jacobsius V. cl. erraverit, cum in proleg. animadv. pag. CXLIII & CXLIV. *putet, fuisse librum Fr. Sylburgii, quem Burmannus secundus ad Anthologiam Latinam saepissime laudat. Non sane liber est, quem ibi laudat Burmannus. Sed sunt tantum quaedam excerpta, & quidem ipsa illa, quae hic in fine leguntur, & cum multis aliis libris, ad Anthologiam Graecam illustrandam commodis, e bibliotheca Burmanniana ad nos pervenerunt: qua de re ut certi sint lectores, ne quid de aliis dicam locis, conferant modo epigr. 22. tit. 6. libr. 3. cum Sylburgii excerptis, & Burmanni notis ad Anthologiam Latinam,* (†) *& me verum fuisse videbunt.*

Quamvis, ut saepius illud jam monuimus, omne nostrae editionis ornamentum ab ea re potissimum proficisci debere arbitremur, quod emendatissime & integerrime GROTII *versiones suppeditet, tamen facere non possumus quin in eorum gratiam, qui virorum doctorum observationibus, & notis quibusdam ineditis unice delectantur, etiam ea, quae in nostra supellectile litteraria inveniuntur, ingenue cum illis communicemus.*

Qua in re, nisi nos cura prohibuisset, ne in nimiam molem hic liber excresceret, jam in hoc volumine istorum hominum voluntati uberius satisfacere conati essemus, quod nunc ad quartum volumen, in quo & nostrae ad hanc Anthologiam invenientur observationes, differendum.

In illa supellectile litteraria magni momenti est liber, qui habet Cl. Salmasii, ni fallor, notas ineditas ad editionem Aldinam, additis codicis Palatini lectionibus.

Huic comitem dabimus optimi et clarissimi Davidis Ruhnkenii epistolam, quo de viro hoc tempore nihil aliud dicemus, quam quod speremus fore, ut illi, suae familiae & verae eruditionis atque elegantiae cultoribus ante paucos menses morte erepto, talis propediem contingat laudator, qualem ipsum habuit Hemsterhusius.

Ex istius viri epistola apparebit, hunc Salmasii emendationum librum plane diversum esse ab eo, quo Brunckius usus est;

(†) Tom. 2. p. 222.

est; quem dum in lucem proferemus, simul nobis suborietur occasio disputandi, qualis aut quatenus istis Salmasii Codicis Palatini descriptionibus aut ex eo excerptis fides habenda sit, & quid de tota hac re, propter narrationum varietatem, multis tenebris involuta, omnino statuendum.

Perspicitis interea, viri Amicissimi, hanc Anthologiae Graecae editionem, quamvis videatur esse simplicissima, tamen multis laboribus ac vigiliis esse obnoxiam. Ad textum enim bene constituendum, in quo omnia posita sunt, ut in Latinis propter codicem manu P. Burmanni satis accurate descriptum & alium ab ipso GROTIO *emendatum & ad nos ex Anglia missum, omnia facile succedebant, sic in Graecis recte edendis longe aliter se res habebat. Hic plurimae variantes lectiones, quas Brunckius & alii viri docti, nulla istius immutationis ratione plerumque reddita, in contextum recipere non dubitarant, nos admodum habebant sollicitos.*

Quamvis enim illas modo cum GROTII *interpretatione, modo cum editionibus priscis, quas omnes habemus, comparaverimus, tamen nisi apertum vitium esset, aut manifestum foret,* GROTIUM *ab aliis commendatam lectionem fuisse secutum, a vulgata discedere nolebamus. Quod nostrum consilium quin multi reprehensuri sint, dubium non est: sed qui in hac opinione versantur, judicium suum in illud tempus differant, quo in nostris observationibus illius religionis, qua multas emendationes, etsi specie atque auctoritate quadam se commendant, admittere noluimus, justam rationem reddituri sumus.*

Praeterea aliorum novitatis amor, aliorum temeritas, aliorum intempestiva doctrina, quibus toties in his epigrammatibus emendandis fuit peccatum, adeo nos deterrebant, ut potius in receptis lectionibus acquiescere, quam in novis inventionis gloriam quaerere cuperemus, memores istius praecepti, quod vir doctissimus Gerardus Falkenburgius in epistola ad Jo. Sambucum ante Nonni Panopolitae Dionysiaca his verbis dedit „Hanc rationem nequidquam temere im„mutandi si omnes typographi sequerentur, neque „quorumvis emendationes infarcirent, multo faci-

„ lius cum veteribus auctoribus in gratiam redire-
„ mus. Dici enim vix potest; quoties nostrum nos
„ fallat judicium, cum saepe illa, quae heri pro
„ oraculis habuerimus, repudiemus, & nihili facia-
„ mus hodie. Quo circa non male illum olim judicasse
„ arbitror, qui interrogatus, quodnam Homeri exem-
„ plar omnium esset optimum, respondit, id quod mi-
„ nime est correctum. Quod si unquam verum fuit,
„ nos in dies verissimum experimur, quando pleri-
„ que tantum sibi sumunt, ut in veterum scriptis non
„ aliter ac suis quidvis sibi licere putent. Hanc ob
„ caussam etsi viderem in tuo archetypo plura vulne-
„ ra, quae vel mediocriter Graece doctus sanare pos-
„ set, malui tamen seorsum meas quasdam de locis
„ suspectis annotare conjecturas & lectiones, quam
„ quae mihi temere fortasse in mentem venerunt, pas-
„ sim in contextum, ut vocant, inserere."

Nunquam melius & verius quisquam meam de hac emendandi ratione sententiam explicare potuisset, quam fecit Falkenburgius, quem potissimum hic itaque auctorem sequar, quidquid dicant alii de admittendis vitiis, ut putant, dudum sublatis & lectionibus in integrum restitutis.

Antequam vero vos, amici, ab hac Anthologiae Graecae, contemplatione dimittam, quaedam de ipsius fatis dicenda arbitrarer, nisi noster Wyttenbachius, vir clarissimus & vera Graecarum litterarum cognitione in Europa hodie facile eruditorum princeps, de iis tam accurate, atque eleganter (1) disseruisset, ut nihil addi posse videatur.

Ex ea vero, quam Wyttenbachius dedit, descriptione Anthologiae illud tantum de ipsius conditione & statu breviter vobiscum communicandum putamus; quod quinque fuerint scriptores, quorum alii longe alio tempore, alio modo, epigram-

(1) Bibl. Crit. V. 1. p. 2. pag 20. & seqq.

grammata collegerunt. Primus est Meleager Tyrius, secundus Philippus Thessalonicensis, tertius Agathias, qui regnante Justiniano vixit, quartus Constantinus Cephalas, & quintus Maximus Planudes, cujus Anthologia, ex prioribus collectionibus magna ex parte desumta, huc usque sola litterarum typis vulgata, & a GROTIO *non solum quantacumque erat, verum etiam, ut vidimus, ampliore ornatu instructa, latinis versibus fuit reddita, cum Meleagri, Philippi & Agathiae collectiones jam dudum perierint. Quod idem procul dubio fatum fuisset Cephalae libri, nisi superiore seculo bona fortuna Heidelbergam adduxisset Cl. Salmasium, qui, dum alios ejus Bibliothecae codices excuteret, in eam Cephalae collectionem incidit, eamque, utpote tanto invento thesauro summo opere laetatus, quemadmodum plurimi opinantur, totam descripsit, quod mihi aliter visum est, quoniam nusquam relatum invenio, hoc Salmasii apographum quemquam vidisse.*

Negari quidem non potest, doctissimum virum & in exercitationibus Plinianis & in commentariis in Historiae Augustae scriptores aliisque suis operibus multa nova & antea inedita epigrammata in lucem protraxisse. Ut ne illud quidem dubium est, quin Salmasius ad vulgatas editiones Planudeae varias lectiones ex codice isto, ut dicitur, Palatino adnotaverit; sic enim exemplum Wechelianum habuit Brunckius, nos Aldinum, de quo, cum id necesse sit, nostram dicemus sententiam. Sed haec omnia non illud, quod quaerimus, probant. An Salmasius totum, quem invenit, codicem descripserit, ignotum est. Mihi quidem non fit verisimile propter illud, quo Salmasius erat, ingenium, quo omnia corraderet, effunderet atque ita acceleraret, ut sua bona, feliciter inventa, describendi, disponendi atque in ordinem redigendi non daretur locus, quod suo tempore demonstrare conabimur.

Illud tantum nobis hic animadvertendum, post Anthologiam primum editam, inventamque Cephalae collectionem nullum unquam tempus fuisse quo plures praestantioris ingenii viri se ad exornandam, illustrandam, atque emendandam Anthologiam Graecam summo studio contulerint. Quod quidem mirum videri

deri debet propter continua, quae Europam perturbant, bella; non minus elegantiorum litterarum ſtudiis inimica, quam humano generi pernicioſa.

Poſtquam enim accurata Joſephi Spaletti codicis Palatini deſcriptio per Ludovicum Erneſtum Gothanorum & Altenburgenſium Ducem ſereniſſimum, in publicam Gothanam Bibliothecam fuit delata, & eam adeundi viris doctis facultas data, ſtatim, ne alios memorem, eruditiſſimus Jacobſius, qui jam dudum cum epigrammatibus Graecis ſummam familiaritatem contraxerat, occaſionem nactus eſt, ampliſſimis & doctiſſimis commentariis Anthologiam Graecam illuſtrandi.

Huc accedit, quod, cum victores Galli inter alia opima, quae de ſummo Pontifice ſuperiore anno reportarunt ſpolia, etiam iſtum ipſum celeberrimum Codicem Palatinum Roma Lutetiam Pariſiorum deportandum curarint, undique concurſio facta ſit, ad eum novum poëſios Graecae theſaurum inſpiciendum & ex eo fructus, prout quisque utiles ſibi putabat, naviter colligendos. Quare nemo fere quisquam paulo doctior, ſive in Germania ſive in Gallia hodie invenitur, qui non Graecae Anthologiae aliquam curam gerat, ut ipſae ephemerides teſtantur.

Talis apis ſtridit liquefacta ad viſcera tauri.

Unde quin melioris notae mella proventura ſint, nemo facile dubitabit.

Nobis interea eſt quod gaudeamus, qui HUGONIS GROTII *voluntati ſatisfecimus, & novum ipſius ingenii monumentum in mediis rerum publicarum procellis bellorumque horriſono ſtrepitu, quibus ſemper retardatum fuit illud opus, in lucem dedimus. Tali enim modo apud exteras nationes & cives de humanioribus litteris nos bene mereri, atque ipſius patriae gloriam vindicare, arbitramur. Qua re nihil ſane gratius homini ingenuo accidere poteſt.*

Valete itaque viri amiciſſimi, & in optimarum artium ac diſciplinarum ſtudiis excolendis commilitones ſuaviſſimi.

Dabam die XXVII *Octobris* MDCCXCVIII. *Amſtelaedami.*

ἈΝΘΟΛΟΓΙ´Α ΔΙΑΦΟ´ΡΩΝ ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ´ΤΩΝ,

FLORILEGIUM VARIORUM EPIGRAMMATUM,

LATINIS VERSIBUS REDDITUM

AB

HUGONE GROTIO.

ἈΝΘΟΛΟΓΙ'ΑΣ
ΔΙΑΦΟ'ΡΩΝ
ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ'ΤΩΝ
ΤΟ' ΠΕ'ΜΠΤΟΝ ΒΙΒΛΙ'ΟΝ.

Ἐν τῷδε τῷ πέμπτῳ Τμήματι τῆς

ἈΝΘΟΛΟΓΙ'ΑΣ

Ἐπιγραμμάτων περιέχεται

Ἔκφρασις Χριστοδώρου, ποιητοῦ Θηβαίου Κοπτίτου, τῶν ἀγαλμάτων τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον, τὸ ἐπικαλούμενον τοῦ Ζευξίππου· Ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐπιγράμματα τῶν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ Κωνσταντινουπόλεως ἡνιόχων.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Α.

Εἰς Δηΐφοβον.

Δηΐφοβος μὲν πρῶτος ἐϋγλύπτῳ ἐπὶ βωμῷ
Ἵστατο τολμήεις, κεκορυθμένος, ὄβριμος ἥρως,
Τοῖος ἐὼν οἷός περ ἐπ' ὀρνυμένῳ Μενελάῳ
Περθομένων ἤντησεν ἑῶν προπάροιθε μελάθρων.
Ἵστατο δὲ προβιβῶντι πανείκελος· εὖ δ' ἐπὶ κόσμῳ
Δόχμιος ἦν, μανίῃ δὲ κεκυφότα νῶτα συνέλκων,

Δριμὺ

FLORILEGII GRAECI VARIORUM EPIGRAMMATUM

LIBER QUINTUS,

QUI HABET

EXPLICATIONEM IMAGINUM,

In publico Gymnasio, quod Zeuxippus dicitur, factam

a Christophoro Poëta Thebaeo Aegyptio.
Et Inscriptiones Aurigarum, qui in Circo Constantinopoleos.

TITULUS PRIMUS.

I. *De Deiphobo.*

Primus stat galeam vibrans fortissimus heros
Deiphobus, caelo sculptam super arduus aram,
Qualis in Atridae sese tulit arma minoris
Obvius, ante suos, dum flagrant igne, penates.
Jam dicas inferre gradum; nam corpore curvo
Cernuus adstiterat, dorsum citus erigit ardor,

Δριμὺ μένος ξυνάγειρεν. ἕλισσε δὲ φέγγος ὀπωπῆς,
Οἷά τε δυσμενέων μερόπων πεφυλαγμένος ὁρμήν.
Λαιῇ μὲν σάκος εὐρὺ προΐσχετο· δεξιτερῇ δὲ
Φάσγανον ὑψόσ' ἄειρεν· ἔμελλε δὲ μαινομένη χεὶρ
Ἀνέρος ἀντιβίοιο κατὰ χροὸς ἄορ ἐλάσσειν·
Ἀλλ' οὐ χαλκὸν ἔθηκε φύσις πειθήμονα λύσσῃ.

Εἰς Αἰσχίνην ῥήτορα, καὶ εἰς Ἀριστοτέλην.

Κεκροπίδης δ' ἤστραπτε, νοήμονος ἄνθεα πειθοῦς,
Αἰσχίνης· λασίης δὲ συνείρυε κύκλα παρειῆς,
Οἷα πολυτροχάλοισιν ἀεθλεύων ἀγορῇσι.
Στείνετο γὰρ πυκινῇσι μεληδόσιν. ἄγχι δ' ἐκείνου
Ἦεν Ἀριστοτέλης, σοφίης πρόμος. ἱστάμενος δὲ
Χεῖρε περιπλέγδην συνεέργαθεν. οὐδ' ἐνὶ χαλκῷ
Ἀφθόγγῳ φρένας εἶχεν ἀεργέας, ἀλλ' ἔτι βουλὴν
Σκεπτομένῳ μὲν ἔϊκτο· συνιστάμεναι δὲ παρειαὶ
Ἀνέρος ἀμφιέλισσαν ἐμαντεύοντο μενοινήν,
Καὶ τροχαλαὶ σήμαινον ἀολλέα μῆτιν ὀπωπαί.

Εἰς Δημοσθένην.

Καὶ Παιανιέων δημηγόρος ἔπρεπε σάλπιγξ,
Ῥήτρης εὐκελάδοιο πατὴρ σοφός, ὃ πρὶν Ἀθήναις
Πειθοῦς θελξινόοιο νοήμονα πυρσὸν ἀνάψας,
Ἀλλ' οὐχ ἠρεμέων διεφαίνετο, πυκνὰ δὲ βουλὴν
Ἐστρώφα, πυκινὴν γὰρ ἐείδετο μῆτιν ἑλίσσειν,
Οἷα κατ' εὐόπλων τεθοωμένος Ἠμαθιήων.
Ἦ τάχα κεν κοτέων τροχαλὴν ἐφθέγγετο φωνήν,
Ἄπνοον αὐδήεντα τιθεὶς τύπον. ἀλλά ἑ τέχνη
Χαλκείης ἐπέδησεν ὑπὸ σφρηγῖδι σιωπῆς.

Conglomeratque minas; ardentia lumina circum
En rotat, incautum ne qua ferus opprimat hoſtis.
Scutum laeva tenet, gladiumque adtollit in altum
Dextra, per infeſtum corpus quin protinus enſem
Transigeret lymphata manus: natura ſed aeris
Obſtat, magnanimoque negat parere furori.

II. *De Aeſchine Oratore & Ariſtotele.*

Atticus eloquio multum florente coruſcat
Aeſchines: velutique foro certaret in ipſo
Impiger, hirſutos malarum contrahit orbes.
Tanta eſt cura viro bene dicere. Proximus illi
Adſtat Ariſtoteles, ſapientum primus honore.
Conſertas tenet ecce manus, nec in aere quietem
Mens habet; in muta meditatur imagine magnum
Neſcio quid: ſtantesque genae nutantia produnt
Pondera, & ambiguum quo ſe ſententia vertat:
Velocesque oculi ſollers teſtantur acumen.

III. *De Demoſthene.*

Ex Paeaniadis populi tuba ſurgit in uſum,
Qui pater eloquii cum majeſtate ſonantis
Lumina ſuadelae mediis accendit Athenis:
Nulla quies animo, nunc huc nunc verſat & illuc
Conſilium, tales agitans ſub pectore curas,
Qualis erat, Macetum cum non exhorruit arma,
Forſan & in voces audax perrumperet ira,
Exprimeretque ſono quod volvit corde, ſed artis
Imperio tacet aes, & juſſa ſilentia ſervat.

Εἰς Εὐριπίδην.

Ἵϛατο δ' Εὐρίποιο φερώνυμος· ὡς δὲ δοκεύω,
Λάθρη ὑπὸ κραδίην τραγικαῖς ὡμίλεε Μούσαις,
Ἔργα σαοφροσύνης διανεύμενος· ἦν γὰρ ἰδέσθαι
Οἷά τε που θυμέλῃσιν ἐν Ἀτθίσι θύρσα τινάσσων.

Εἰς Παλαίφατον.

Δάφνῃ μὲν πλοκαμῖδα Παλαίφατος ἔπρεπε μάντις
Στεφόμενος· δόκεεν δὲ χέειν μαντώδεα φωνήν.

Εἰς Ἡσίοδον καὶ εἰς Πολύειδον μάντιν,
καὶ εἰς Σιμωνίδην.

Ἡσίοδος δ' Ἀσκραῖος ὀρειάσιν εἴδετο Μούσαις
Φθεγγόμενος, χαλκὸν δ' ἐβιάζετο θυάδι λύσσῃ,
Ἔνθεον ἱμείρων ἀνάγειν μέλος. ἐγγύθι δ' αὐτοῦ
Μαντιπόλος πάλιν ἄλλος ἔην Φοιβηΐδι δάφνῃ
Κοσμηθεὶς Πολύειδος. ἀπὸ ϛομάτων δὲ τινάξαι
Ἤθελε μὲν κελάδημα θεοπρόπον· ἀλλά ἑ τέχνη
Δεσμῷ ἀφωνήτῳ κατερήτυεν. Οὐδὲ σὺ μολπῆς
Εὔνασας ἁβρὸν ἔρωτα Σιμωνίδη, ἀλλ' ἔτι χορδῆς
Ἱμείρεις, ἱερὴν δὲ λύρην οὐ χερσὶν ἀράσσεις.
Ὤφελεν ὁ πλάσσας σε, Σιμωνίδη, ὤφελε χαλκῷ
Συγκεράσαι μέλος ἡδύ· σὲ δ' ἂν καὶ χαλκὸς ἀναυδὴς
Αἰδόμενος ῥυθμοῖσι λύρης ἀνήχεε μολπήν.

Εἰς Ἀναξιμένην.

Ἦν μὲν Ἀναξιμένης νοερὸς σοφὸς, ἐν δὲ μενοινῇ
Δαιμονίης ἐλέλιζε νοήματα ποικίλα βουλῆς.

IV. *De Euripide.*

Euripi qui nomen habet mirare poëtam:
Nunc quoque cum tragicis loquitur, ſed corde, Camoenis
Caſti moris amans: talis tantusque videri
Attica vibravit qualis per pulpita thyrſum.

V. *De Palaephato.*

Caeſariem lauri ſibi fronde Palaephatus ornat:
Fatidicis ſonitura putes jam vocibus aera.

VI. *De Heſiodo & Polyido vate & Simonide.*

Differere Heſiodum Muſis habitantibus Aſcrae
Summa putes: ipſum quin aes quoque cogere tentat
Edendos ad voce ſonos. Stat proximus illi
Frondis Apollineae, Polyidus honore ſuperbus,
Oraque conatur fatis aperire canendis:
Ars vetat: adſtringunt captivam vincula linguam.
Nec tibi cantandi deceſſit blanda cupido
O Muſis adamate Simonida: nunc quoque cordi
Eſt lyra, ſed digiti nervos pulſare recuſant;
Atque utinam dulces fictor potuiſſet in aere
Admiſcere modos: tamen aes tibi ſe approbat ipſum,
Et ſonitum mota quavis teſtudine reddit.

VII. *De Anaximene.*

Mentis Anaximenes ſapientis acumine pollens
Verſabat varios divino pectore ſenſus.

VIII.

Εἰς Κάλχαντα.

Θεστορίδης δ' ἄρα μάντις εὔσκοπος ἵστατο Κάλχας,
Οἷά τε θεσπίζων, ἐδόκει δέ τε θέσφατα κεύθειν,
Ἢ στρατὸν οἰκτείρων Ἑλλήνιον, ἢ ἔτι θυμῷ
Δειμαίνων βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης.

Εἰς Πύῤῥον, τὸν καὶ Νεοπτόλεμον.

Δέρκεό μοι σκύμνον πτολιπόρθιον Αἰακιδάων,
Πύῤῥον Ἀχιλλείδην, ὅσον ἤθελε χερσὶν ἑλίσσειν
Τεύχεα χαλκήεντα, τὰ μή οἱ ὤπασε τέχνη·
Γυμνὸν γάρ μιν ἔτευξεν; ὁ δ' ὑψόσε φαίνετο λεύσσων,
Οἷά περ ἠνεμόεσσαν ἐς Ἴλιον ὄμμα τιταίνων.

Εἰς Ἀμυμώνην, τοῦ Δανάου θυγατέρα.

Ἧστο δ' Ἀμυμώνη ῥοδοδάκτυλος· εἰσοπίσω μὲν
Βόστρυχον ἀκρήδεμνον ἑῆς συνέεργεν ἐθείρης.
Γυμνὸν δ' εἶχε μέτωπον. ἀναστέλλουσα δ' ὀπωπὰς
Εἰνάλιον σκοπίαζε μελαγχαίτην παρακοίτην.

Εἰς Ποσειδῶνα.

Ἐγγύθι δ' εὐρύστερνος ἐφαίνετο Κυανοχαίτης,
Γυμνὸς ἐών; πλόκαμοι δὲ καθειμένον εἶχεν ἐθείρης,
Καὶ διερὸν δελφῖνα προΐσχετο, χειρὶ κομίζων
Δῶρα πολυζήλοιο γάμων μνηστήρια κούρης.

Εἰς Σαπφώ.

Πιερικὴ δὲ μέλισσα, λιγύθροος ἕζετο Σαπφὼ
Λεσβιάς, ἠρεμέουσα· μέλος δ' ἔνυμνον ὑφαίνειν
Σιγαλέαις δοκέεσκεν ἀναψαμένη φρένα Μούσαις.

Εἰς

VIII. *De Calchante.*

Egregius vatum natus de Theſtore Calchas
Lymphato ſimilis tamen intus fata recondit:
Seu Danaûm miſerans mala ob impendentia gentem,
Sive Mycenaei metuens ſibi regis ab ira.

IX. *De Pyrrho qui &*
Neoptolemus.

Aſpice qui patrem factis imitatur Achillem,
Magnanimum Aeaciden: hoſtilia moenia flagrant
Ecce manus aequare ſolo: prohibentur ab arte
Quae nudum ſtatuit: ſurſum tamen arduus acre
Spectat, in Iliacas oculos ceu dirigit arces.

X. *De Amymone Danai*
filia.

Hîc ſedet, & manibus roſeis a vertice retro
Stringit Amymone ſparſos ſine lege capillos:
Fronte ſed intecta longe ſua lumina mittit,
Si videat dominum maris adventare maritum.

XI. *De Neptuno.*

Nec procul ipſe Jovis nudo cum corpore frater,
Horrida velatus demiſſis crinibus ora,
Advenit, aequoreo vectus Delphine per undas,
Et ſibi dilectae fert dona jugalia Nymphae.

XII. *De Sappho.*

Hîc apis Aonidum nil moto corpore Lesbis
Docta ſedet vates; quantumque ex ore videre eſt,
Dulce parat carmen taciturnis enthea Muſis.

Εἰς Ἀπόλλωνα.

Φοῖβος δ' εἱστήκει τριποδιλάλος· ἦν δ' ἄρα χαίτης
Εἰσοπίσω σφίγξας ἄδετον πλόκον· ἀλλ' ἐνὶ χαλκῷ
Γυμνὸς ἔην, ὅτι πᾶσιν ἀνειρομένοισιν Ἀπόλλων
Γυμνῶσαι δεδάηκεν ἀληθέα θήνεα μοίρης.
Ἢ ὅτι πᾶσιν ὁμῶς ἀναφαίνεται. ἠέλιος γὰρ
Φοῖβος ἄναξ, καθαρὴν δὲ φέρει τηλεσκόπον αἴγλην.

Εἰς Ἀφροδίτην.

Ἄγχι δὲ Κύπρις ἔλαμπεν. ἔλειβε δὲ νώροπι χαλκῷ
Ἀγλαΐης ῥαθάμιγγας· ἀπὸ στέρνοιο δὲ γυμνὴ
Φαίνετο μὲν, φᾶρος δὲ συνήγαγεν ἄντυγι μηρῶν,
Χρυσείῃ πλοκαμῖδας ὑποσφίγξασα καλύπτρῃ.

Εἰς Ἀλκιβιάδην.

Κλεινιάδην δὲ τέθηπα, περιστίλβοντα νοήσας
Ἀγλαΐῃ· χαλκῷ γὰρ ἀνέπλεκε κάλλεος αὐγὴν,
Τοῖος ἐὼν, οἷός περ ἐν Ἀτθίδι, μητέρι μύθων,
Ἀνδράσι Κεκροπίδῃσι πολύφρονα μῆτιν ἀγείρων.

Εἰς Χρύσην.

Χρύσης δ' αὖ ἱερεὺς πέλας ἵστατο, δεξιτερῇ μὲν
Σκῆπτρον ἀνασχόμενος Φοιβήϊον· ἐν δὲ καρήνῳ
Στέμμα φέρων. μεγέθει δὲ κεκασμένος ἔπρεπε μορφῆς,
Οἷά περ ἡρώων ἱερὸν γένος· ὡς δοκέω δὲ,
Ἀτρεΐδην ἱκέτευε. βαθὺς δέ οἱ ἤνθεε πώγων,
Καὶ τανάης ἄπλατος ἐσύρετο βότρυς ἐθείρης.

Εἰς

XIII. *De Apolline.*

Stat Phoebus tripodum custos, retroque solutum
Ipse tenet crinem: nudusque apparet in aere;
Vel quia fatorum quicquid secreta recondunt
Consilia, id populo nudat consultus Apollo:
Vel quia sol, idem Phoebi quoque nomine dictus,
Irradiat terras, & puro lumine lustrat.

XIV. *De Venere.*

Huic vicina Venus fulgenti stillat in aere
Dulce decus formae: spectandaque pectore toto
Nuda, toros femorum contracto tegmine velat:
Aurea contortos adstringit spira capillos.

XV. *De Alcibiade.*

Cliniaden miror: tanta illi gratia formae,
Membrorumque vigor juvenilis in aere coruscat.
Talis adest, qualis spectatus in Atthide turba
Consilio prudente tribus, linguaque trahebat.

XVI. *De Chryse.*

Non procul inde gerit Chryses Phoebea sacerdos
Sceptra manu, sacra crines velante corona,
Tantus frontis honor, tanto se corpore tollit:
Heroum patet esse genus: ni fallor, Atridae
Supplicat; ad pectus demittitur hispida barba,
Et gravis inculto pendet de crine corymbus.

Εἰς Ἰούλιον Καίσαρα.

Καισαρ δ' ἐγγὺς ἔλαμπεν Ἰούλιος, ὅς ποτε Ῥώμην
Ἀντιβίων ἔστεψεν ἀμετρήτοισι βοείαις.
Αἰγίδα μὲν βλοσυρῶπιν ἐπωμαδὸν ἦεν ἀείρων,
Δεξιτερῇ δὲ κεραυνὸν ἀγάλλετο χειρὶ κομίζων,
Οἷα Ζεὺς νέος ἄλλος ἐν Αὐσονίοισιν ἀκούειν.

Εἰς Πλάτωνα.

Εἱστήκει δὲ Πλάτων θεοείκελος, ὁ πρὶν Ἀθήναις
Δείξας κρυπτὰ κέλευθα θεοκράντων ἀρετάων.

Εἰς Ἀφροδίτην.

Ἄλλην δ' εὐπατέρειαν ἴδον χρυσῆν Ἀφροδίτην,
Γυμνὴν παμφανόωσαν· ἐπὶ στέρνων δὲ θεαίνης,
Αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο χυθεὶς ἐλελίζετο κεστός.

Εἰς Ἑρμαφρόδιτον.

Ἵστατο δ' Ἑρμαφρόδιτος ἐπήρατος, οὔθ' ὅλος ἀνὴρ,
Οὔτε γυνή. μικτὸν γὰρ ἔην βρέτας. ἦ τάχα κοῦρον
Κύπριδος εὐκόλποιο καὶ Ἑρμάωνος ἐνίψεις.
Μαζοὺς μὲν σφριγόωντας ἐδείκνυεν, οἷά τε κούρη·
Σχῆμα δὲ πᾶσιν ἔφαινε φυτοσπόρον ἄρσενος αἰδοῦς,
Ξυνῆς ἀγλαΐης κεκερασμένα σήματα φαίνων.

Εἰς Ἤρινναν.

Παρθενικὴ δ' Ἤριννα λιγύθροος ἕζετο κούρη,
Οὐ μίτον ἀμφαφόωσα πολύπλοκον, ἀλλ' ἐνὶ σιγῇ
Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης.

Εἰς

XVII. *De Julio Caesare.*

Julius hos ſequitur Caeſar, quo praeſide Roma
Hoſtibus ereptos ſcutorum vidit acervos:
Torva tuens humeris ingentibus inſidet aegis:
Fulminis horriſonum minitatur dextera telum:
Alter hic eſt patriae Latialis Juppiter urbi.

XVIII. *De Platone.*

Stat Plato par Superis, qui, quod ſub nocte latebat,
Divinae virtutis iter praeluxit Athenis.

XIX. *De Venere alia.*

Altera conſpecta eſt etiam Venus aurea nobis,
Digna Jovis ſoboles, formoſo corpore toto
Nuda, ſed ex tenera ceſtus cervice fluebat.

XX. *De Hermaphrodito.*

Hermaphroditus adeſt, nec vir, nec femina totus,
Mixta ſed effigies: conſpectu corporis ipſum
Mercurio dices & pulchra Cypride natum.
Monſtrat virgineo turgentes more papillas,
Monſtrat ab inguinibus partes ſine veſte paternas,
Mixta gerens gemino de ſexu ſigna decoris.

XXI. *De Erinna.*

Hic Erinna ſedet, virgo cantare perita:
Penſa manu non tractat: apis ſed ſedula more
Pierium tacito deſtillat pectore nectar.

Εἰς Τέρπανδρον.

Μήτε λίπης Τέρπανδρον εὔθροον, οὗ τάχα φαίης
Ἔμπνοον, οὐκ ἄφθογγον ἰδεῖν βρέτας· ὡς γὰρ ὀΐω,
Κινυμέναις πραπίδεσσιν ἀνέπλεκε μύστιδα μολπὴν,
Ὥς ποτε δινήεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥοάων
Μυστιπόλῳ φόρμιγγι κατεπρήϋνεν ἀείδων
Ἀγχεμάχων κακότητας Ἀμυκλαίων ναετήρων.

Εἰς Περικλῆν, καὶ Πυθαγόραν.

Ἠγασάμην δ' ὁρόων σε, Περίκλεες, ὅττι καὶ αὐτῷ
Χαλκῷ ἀναυδήτῳ δημηγόρον ἦθος ἀνάπτεις,
Ὥς ἔτι Κεκροπίδῃσι θεμιστεύων πολιήταις,
Ἢ μόθον ἐντύνων Πελοπήϊον· ἱστάμενος δὲ
Ἔπρεπε Πυθαγόρης Σάμιος σοφός· ἀλλ' ἐν Ὀλύμπῳ
Ἐνδιάειν ἐδόκευε, φύσις δ' ἐβιάζετο χαλκοῦ,
Πλημμύρων νοερῇσι μεληδόσιν. ὡς γὰρ ὀΐω,
Οὐρανὸν ἀχράντοισιν ἐμέτρεε μοῦνον ὀπωπαῖς.

Εἰς Στησίχορον.

Στησίχορον δ' ἐνόησα λιγύθροον, ὅν ποτε γαῖα
Σικελίη μὲν ἔφερβε, λύρης δ' ἐδίδαξεν Ἀπόλλων
Ἁρμονίην, ἔτι μητρὸς ἐνὶ σπλάγχνοισιν ἐόντα.
Τοῦ γὰρ τικτομένοιο, καὶ ἐς φάος ἄρτι μολόντος,
Ἔκποθεν ἱερόφοιτος ἐπὶ στομάτεσσιν ἀηδὼν
Λάθρη ἐφεζομένη λιγυρὴν ἀνεβάλλετο μολπήν.

Εἰς Δημόκριτον.

Χαῖρέ μοι Ἀβδήρων, Δημόκριτε, κῦδος ἀρούρης,
Ὅττι σὺ καλλιτόκοιο φύσης ἐφράσσαο θεσμοὺς,

Λεπτὰ

XXII. *De Terpandro.*

Sed neque Terpander tibi praetereundus, in ipſo
Aere virum ſpirare putes: ita vividus ecce
Dulcia divinis meditatur carmina curis:
Qualis ad Eurotae reſperſas vortice ripas,
Arcana moderans nervos teſtudinis arte,
Corruptas vitiis ad recta reduxit Amyclas.

XXIII. *De Pericle & Pythagora.*

Multum te, Pericles, miror, quod in aere videndus
Hîc etiam ſervas vultumque habitumque diſerti,
Qualis eras quondam vel legum ſuaſor Athenis
Vel belli in Pelopis populos: cui proximus adſtat
Pythagoras Samius. vultus decet iſte, videtur
Naturam contra aeris in ipſo vivere caelo.
Sic animum curis, hominem ſuperantibus, implet,
Sic puris ingentem oculis metitur olympum.

XXIV. *De Steſichoro.*

Steſichorum agnoſco Siculae telluris alumnum,
Viſcera cujus adhuc intra materna latentis
Ingenium ad citharae cantus formavit Apollo:
Unde etiam, lucis cum primum venit in oras,
Daulias infantis tenero conſedit in ore,
Praeſago tremulos immulgens gutture cantus.

XXV. *De Democrito.*

Abderae decus eximium, Democrite, ſalve;
Tu namque aeternas Naturae pandere leges

Au-

Λεπτὰ διακρίνων πολυΐδμονος ὄργια Μούσης.
Αἰεὶ δὲ σφαλερὰς ἐγέλας βιότοιο κελεύθους·
Εὖ εἰδὼς ὅτι πάντα γέρων παραμείβεται αἰών.

Εἰς Ἡρακλῆν, καὶ εἰς Αὔγην, καὶ εἰς Αἰνείαν.

Ἡρακλέης δ' ἀνίουλον ἐδείκνυε κύκλον ὑπήνης,
Μῆλα λεοντοφόνῳ παλάμῃ χρύσεια κομίζων,
Γαίης ὄλβια δῶρα Λιβυστίδος. ἐγγύθι δ' αὐτοῦ
Παλλάδος ἀρήτειρα παρίστατο παρθένος Αὔγη,
Φᾶρος ἐπιστείλασα κατωμαδόν· οὐ γὰρ ἐθείρας
Κρηδέμνῳ συνέεργεν· ἑὰς δ' ἀνετείνετο χεῖρας,
Οἷά τε κικλήσκουσα Διὸς γλαυκώπιδα κούρην,
Ἀρκαδικῆς Τεγέης ὑπὸ δειράδας. ἵλαθι γαίης
Τρωϊάδος βλάστημα σακεσπάλον, ἵλαθι λάμπων
Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε. σαῖς γὰρ ὀπωπαῖς
Ἀγλαΐης πνείουσα σοφὴ περιλείβεται αἰδὼς,
Θέσκελον ἀγγέλλουσα γένος χρυσῆς Ἀφροδίτης.

Εἰς Κρέουσαν.

Ἠγασάμην δὲ Κρέουσαν ἰδὼν πενθήμονι κόσμῳ,
Σύγγαμον Αἰνείαο κατάσκιον. ἀμφὶ γὰρ αὐταῖς,
Ἀμφοτέραις κρήδεμνον ἐφελκύσασα παρειαῖς,
Πάντα πέριξ ἐκάλυψε ποδηνεκέϊ χρόα πέπλῳ,
Οἷά τε μυρομένη. τὰ δὲ χάλκεα δάκρυα Νύμφης
Ἄρεϊ δουρίκτητον ἐμαντεύοντο τιθήνην,
Ἴλιον, Ἀργείοισιν ἐελμένον ἀσπιδιώταις.

Εἰς Ἕλενον.

Οὐδ' Ἕλενος κοτέων ἀπεπαύετο· πατρὶ δὲ νηλὴς
Φαίνετο, δινεύων ἔτι που χόλον. ἣν μὲν ἀείρων

Δεξι-

Ausus es, & minimas animo discernere partes.
Non injusta tibi vitam ridere voluptas,
Quando longa dies vi turbinis omnia versat.

XXVI. *De Hercule, de Auge, & de Aenea.*

Alcides investis adhuc, quibus ante leonem
Perculerat, manibus telluris dona Libyssae
Aurea mala gerit. Juxta formosa videri
Stat sacra belligerae servans Tritonidos Auge,
Dejiciens humero vestem, nam tota soluti
Colla tegunt crines: at palmas tollit in altum,
Tamquam vota ferens ad magnae Pallados aras
Fumantes Tegeaea super juga. Tu quoque salve,
Iliados terrae germen, patriaeque fidele
Consilium, Aenea, bellis celeberrime, cujus
Ex oculis pariter pudor & prudentia manant;
Divinumque almae Veneris genus esse loquuntur.

XXVII. *De Creüsa.*

Suspicio cultu luctum testante Creüsam,
Aeneae dignam thalamo: sic occulit ora,
Purpureasque genas tenui sibi velat amictu,
Nullaque demissam vestem pars corporis extra est.
Quam saevus dolor est? apparet fletus in aere.
Nam gemit hostili patriam sub Marte teneri
Ilion, & Priami Danaos per tecta vagari.

XXVIII. *De Heleno.*

Priamiden Helenum neque nunc trux ira relinquit;
Saevus adhuc patriae est; en ut libamine plenam

Δεξιτερῇ φιάλην ἐπιλάβιον· ὡς δοκέω δὲ,
Ἐσθλὰ μὲν Ἀργείοις μαντεύετο καλὰ τιθήνης
Ἀθανάτοις ἠρᾶτο πανύστατα σήματα φαίνειν.

Εἰς Ἀνδρομάχην.

Ἀνδρομάχη δ' ἕστηκε ῥοδόσφυρος Ἠετιώνη,
Οὔτι γόον σταλάουσα πολύστονον. ὡς γὰρ ὀΐω,
Οὔπω ἐνὶ πτολέμῳ κορυθαιόλος ἤριπεν Ἕκτωρ,
Οὐδὲ φερεσσακέων ὑπερήνορες υἷες Ἀχαιῶν.
Δαρδανίην ξύμπασαν ἐληΐσσαντο τιθήνην.

Εἰς Μενέλαον.

Ἦν δ' ἐσιδεῖν Μενέλαον ἀρήϊον, ἀλλ' ἐπὶ νίκῃ
Γηθόσυνον. σχεδόθεν γὰρ ἐθάλπετο χάρματι πολλῷ,
Δερκόμενος ῥοδόπηχυν ὁμόφρονα Τυνδαρεώνην.

Εἰς Ἑλένην.

Ἠγασάμην δ' Ἑλένης ἐρατὸν τύπον, ὅττι καὶ αὐτῷ
Χαλκῷ κόσμον ἔδωκε πανίμερον· ἀγλαΐη γὰρ
Ἔπνεε θερμὸν ἔρωτα καὶ ἀψύχῳ ἐνὶ τέχνῃ.

Εἰς Ὀδυσσέα καὶ εἰς Ἑκάβην.

Πυκναῖς δὲ πραπίδεσσιν ἀγάλλετο Δῖος Ὀδυσσεύς.
Οὐ γὰρ ἔην ἀπάνευθε πολυτρέπτοιο μενοινῆς,
Ἀλλ' ἔτι κόσμον ἔφαινε σοφῆς φρενός. ἦν δ' ἐνὶ θυμῷ
Καγχαλόων. Τροίην γὰρ ἐγήθεε πᾶσαν ὀλέσσας
Ἧσι δολοφροσύνῃσι. σὺ δ' Ἕκτορος ἔννεπε μῆτερ,
Τίς σε, πολυτλήμων Ἑκάβη, τόσα δάκρυα λείβειν
Ἀθανάτων ἐδίδαξεν ἀφωνήτῳ ἐνὶ κόσμῳ;
Οὐδέ σε χαλκὸς ἔπαυσεν ὀϊζύος, οὐδέ σε τέχνη

Ἀπε-

Dextra tenet pateram. Si quid mihi credis, Achivos
Omine prosequitur laeto, superosque precatur,
Signa laboranti dent exitialia Trojae.

XXIX. *De Andromache.*

Adstat & Andromache regum nurus Eëtione,
Nec flet, nec gemitum ducit de pectore: nondum,
Ut reor, Aemonius raptaverat Hectora currus.
Nondum Dardaniae campos vastarat, & urbes
Victor in Argolicis fulgens exercitus armis.

XXX. *De Menelao.*

Vis micat in vultu Menelai Martia, sed sunt
Gaudia mixta simul, quoniam victoris ad ulnas
Spectatur veniens pulcherrima Tyndarione.

XXXI. *De Helena.*

At facies Helenae vere mirabilis; ipsi
Namque aeri dedit illa decus; naturaque in arte est,
Et labor exanimis flagrantes spirat amores.

XXXII. *De Ulysse & Hecuba.*

Multiplices inter curas exsultat Ulysses,
Consiliis vacuus numquam: se monstrat in ore
Majestas animi: taciturno pectore laetus
Ridet adhuc, Trojana suis cecidisse triumphans
Moenia vasta dolis. Sed te, moestissima mater
Hectoris, in muta cum stes spectanda figura,
Quis Superûm docuit tantos emittere fletus?
Finitus nec in aere dolor tibi, muta nec artis

Ἄπνοος οἰκτείρασα δυσαλγέος ἔσχεθε λύσσης·
Ἀλλ᾽ ἔτι δακρυχέουσα παρίστασαι· ὡς δὲ δοκεύω,
Οὐκ ἔτι δυστήνου μόρον Ἕκτορος, οὐδὲ ταλαίνης
Ἀνδρομάχης βαρὺ πένθος ὀδύρεαι, ἀλλὰ πεσοῦσαν
Πατρίδα σήν. Φᾶρος γὰρ ἐπικρεμὲς ἀμφὶ προσώπῳ
Πήματα μὲν δείκνυσιν. ἀπαγγέλλουσι δὲ πέπλοι
Πένθος ὑποβρύχιον, κεχαλασμένοι ἄχρι πεδίλων.
Ἄλγεϊ γὰρ πυμάτῳ δέδεσαι φρένα· καδδὲ παρειῆς
Δάκρυα μὲν σταλάεις. τὸ δὲ δάκρυον ἔσβεσε τέχνη,
Ἄπλετον ἀγγέλλουσα δυσαλθέος αὐχμὸν ἀνίης.

Εἰς Κασσάνδραν.

Κασσάνδρην δ᾽ ἐνόησα θεοπρόπον· ἀλλ᾽ ἐνὶ σιγῇ
Μεμφομένη γενετῆρα, σοφῆς ἀνεπίμπλατο λύσσης,
Οἷά τε θεσπίζουσα πανύστατα πήματα πάτρης.

Εἰς Πύῤῥον.

Πύῤῥος δ᾽ ἄλλος ἔην πτολιπόρθιος, οὐκ ἐπὶ χαίτης
Ἱπποκόμον τρυφάλειαν ἔχων, οὐκ ἔγχος ἐλίσσων·
Ἀλλ᾽ ἄρα γυμνὸς ἔλαμπε, καὶ ἄχνοον εἶχεν ὑπήνην.
Δεξιτερὴν δ᾽ ἀνέτεινεν, ἑὴν ἐπιμάρτυρα νίκης,
Δοξὰ Πολυξείνην βαρυδάκρυον ὄμμασι λεύσσων.

Εἰς Πολυξένην.

Εἰπὲ Πολυξείνη, δοσπάρθενε, τίς τοι ἀνάγκη
Χαλκῷ ἐν ἀφθόγγῳ κεκρυμμένα δάκρυα λείβειν;
Πῶς δὲ τεῷ κρήδεμνον ἐπειρύσσασα προσώπῳ,
Ἵστασαι αἰδομένη μὲν ἀλίγκιος; ἀλλ᾽ ἐνὶ θυμῷ
Πένθος ἔχεις; μὴ δή σε τεὸν πτολίεθρον ὀλέσσας
Ληΐδα Πύῤῥος ἔχει Φθιώτιος; οὐδέ σε μορφὴ

Ῥίσα-

Effigies moestos fecit cessare furores:
Stas miserum plorans heu nunc quoque. Non tibi luctus
Causa jacens Hector, tantoque orbata marito
Φαμί ποτ' ἐν μύθοις τὰν εὔλαλον Ἡλιοδώραν
Νικάσειν αὐτὰς τὰς Χάριτας χάρισιν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὀξυβόαι κώνωπες, ἀναιδέες, αἵματος ἀνδρῶν
Σίφωνες, νυκτὸς κνώδαλα διπτέρυγα,

Βα-

IV. Meleagri.

Serta quidem marcent circa caput Heliodorae,
Sed sertis sertum verius ipsa viget.

V. Ejusdem.

Jam pluvias narcissus amans, jam lactea florent
Montibus in summis lilia, jam violae:
Flos etiam florum maturis vernat in annis
Zenophile, dulci plena tepore rosa.
Prata quid o vano ridetis honore comarum?
Zenophilae par est nulla corona meae.

VI. Ejusdem.

Plectam ego narcissum, plectam Cythereïa myrta,
Albaque formosis lilia cum violis:
Cumque croci foliis hyacinthum suave rubentem:
Adnectam tenerae suavia texta rosae.
Laetius unguento spirantis ut Heliodorae
Aspergat pulchras flore corona comas.

VII. Ejusdem.

Heliodora, tuis tam blanda est gratia verbis,
Ipsa sit ut prae te Gratia grata parum.

VIII. Ejusdem.

Clamosi culices, humano sanguine pasti,
Nocturnae volucres, absque pudore ferae,

Ze-

Βαιὸν Ζηνοφίλαν, λίτομαι, πάρεθ' ἥσυχον ὕπνον
  Εὕδειν· τἀμὰ δ' ἰδοὺ σαρκοφαγεῖτε μέλη.
Καὶ τί προσηνάτην αὐδῶ; καὶ θῆρες ἄτεγκτοι
  Τέρπονται τρυφερῷ χρωτὶ χλιαινόμενοι.
Ἀλλ' ἔτι νῦν προλέγω, κακὰ θρέμματα, λήγετε τόλμης,
  Ἢ γνώσεσθε χερῶν ζηλοτύπων δύναμιν.

ΤΟΥ̃ ΑΥ'ΤΟΥ̃.

Πτάιης μοι κώνωψ ταχὺς ἄγγελος, οὔασι δ' ἄκροις
  Ζηνοφίλας ψαύσας προσψιθύριζε τάδε.
Ἄγρυπνος μίμνει σε· σὺ δ' ὦ λήθαργε φιλούντων
  Εὕδεις. εἶα, πέτευ· ναὶ φιλόμουσε, πέτευ.
Ἥσυχα δὲ φθέγξαι, μὴ καὶ σύγκοιτον ἐγείρας,
  Κινήσῃς ἐπ' ἐμοὶ ζηλοτύπους ὀδύνας.
Ἢν δ' ἀγάγῃς τὴν παῖδα, δοραῖς στέψω σε λέοντος,
  Κώνωψ, καὶ δώσω χειρὶ φέρειν ῥόπαλον.

ΤΟΥ̃ ΑΥ'ΤΟΥ̃.

Νὴ τὴν τηξαμέναν χαροποῖς ἐνὶ κύμασι Κύπριν,
  Ἔστι καὶ ἐκ μορφᾶς ἁ Τρυφερὰ, τρυφερά.

ΤΟΥ̃ ΑΥ'ΤΟΥ̃.

Ἐντὸς ἐμῆς κραδίης τὴν εὔλαλον Ἡλιοδώραν
  Ψυχὴν τῆς ψυχῆς ἔπλασεν αὐτὸς Ἔρως.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Βοίδιον αὐλητρὶς, καὶ Πυθιὰς, αἵ ποτ' ἐρασταὶ,
  Σοὶ, Κύπρι, τὰς ζώνας τάς τε γραφὰς ἔθεσαν.

Ἐμ-

Zenophilae placidum modico date tempore somnum,
Id precor, en membris vos satiate meis.
Sed quid ego haec frustra queror? & crudelia monstra
Laetantur tenera luxuriosa cute.
Turpe pecus, rursum moneo, desistite: vel jam
In vos zelotypa saeviet ira manu.

IX. Ejusdem.

Parve culex, pro me celer, i, rogo, nuntius, atque haec
Zenophilae pulchrae perfer ad auriculam.
Te vigil ille manet: tu nunc in amore veternus
Dormis: quaeso vola, quaeso canore vola.
Sed placide dic haec, ne vir simul excitus in me
Zelotypae moveat virus amaritiae.
Si dominam adducas, corium tibi grande leonis,
Et manibus dabitur clava gerenda, culex.

X. Ejusdem.

Sic mihi sit facilis saevo nans aequore Cypris:
Vim Formosa sui nominis ore probat.

XI. Ejusdem.

Dulce loquens, quam pinxit Amor sub pectore nostro,
Nunc anima ipsa animae est Heliodora meae.

XII. Simonidae.

Corpora amata diu tibicina Pythias atque
Bucula dant tabulas cingulaque ista Venus.

Ἔμπορε, καὶ φορτηγὲ, τὸ σὸν βαλλάντιον οἶδεν,
Καὶ πόθεν αἱ ζῶναι, καὶ πόθεν οἱ πίνακες.

ΜΕΛΕΑ΄ΓΡΟΥ.

Ἀνθοδίαιτε μέλισσα, τί μοι χροὸς Ἡλιοδώρας
Ψαύεις, ἐκπρολιποῦσ' εἰαρινὰς κάλυκας;
Ἢ σύ γε μηνύεις ὅτι καὶ γλυκὺ, καὶ δύσπιστον
Πικρὸν ἀεὶ κραδίᾳ κέντρον Ἔρωτος ἔχει;
Ναὶ δοκέω, τοῦτ' ἦν, τοῦτ' ὦ φιλέραστε. παλίμπους
Στεῖχε. πάλαι τὴν σὴν οἴδαμεν ἀγγελίην.

ἌΔΗΛΟΝ.

Καὶ πυρὶ καὶ νιφετῷ με, καὶ, εἰ βούλοιο, κεραυνῷ
Βάλλε, καὶ εἰς κρημνοὺς ἕλκε καὶ εἰς πελάγη.
Τὸν γὰρ ἀπαυδήσαντα, πόθοις καὶ Ἔρωτι δαμέντα
Οὐδὲ Διὸς τρύχει πῦρ ἐπιβαλλόμενον.

ΜΕΛΕΑ΄ΓΡΟΥ.

Τὸ σκύφος ἡδὺ γέγηθε. λέγει δ' ὅτι τᾶς φιλέρωτος
Ζηνοφίλας ψαύει τοῦ λαλίου στόματος.
Ὄλβιον. εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς χείλεσσιν χείλεα θεῖσα
Ἀπνευστὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.

ΤΟΥ̃ ΑΥ᾿ΤΟΥ̃.

Κηρύσσω τὸν Ἔρωτα, τὸν ἄγριον· ἄρτι γὰρ ἄρτι
Ὀρθρινὸς ἐκ κοίτας ᾤχετ' ἀποπτάμενος.
Ἔστι δ' ὁ παῖς γλυκύδακρυς, ἀείλαλος, ὠκὺς, ἀθαμβὴς·
Σιμὰ γελῶν, πτερόεις νῶτα, φαρετροφόρος.

Πα-

Unde sed hae tabulae sint istaque cingula vestra,
  Institor & nautae scire crumena potest.

XIII. Meleagri.

Flores nata sequi, quid corpus ad Heliodorae
  Nunc apis oblitis floribus advolitas?
Hoc an significas, pariter quod corde sub illo
  Dulcia, quaeque ferat nullus, amara latent?
Hoc erat, ut credo: satis est, nec abire vetaris:
  Jamdudum venit nuntius iste mihi.

XIV. Incerti.

Me nive, me flammis pete, quin & fulmine, si vis,
  Perque maris fluctus, per scopulosque trahe:
Quippe fatigatum victumque Cupidinis armis
  Nil Jovis irati laedere tela queunt.

XV. Meleagri.

Dulcia Zenophiles quoniam modo contigit ora,
  Gaudet & hoc sese jactat honore calix:
Laudo: sed o utinam labris sua labra maritans
  Illa meis totam combibat hanc animam.

XVI. Ejusdem.

Se subduxit Amor prima modo luce cubili
  Advolitans: index illius, eja, quis est?
Sima puer ridet, celer, intrepidusque, loquaxque:
  Dulce flet & pennis inclitus & pharetra.

Πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος· οὔτε γὰρ Αἰθὴρ,
Οὐ Χθὼν φησὶ τεκεῖν τὸν θρασὺν, οὐ Πέλαγος.
Πάντη γὰρ καὶ πᾶσιν ἀπέχθεται. ἀλλ' ἐσορᾶτε
Μή που νῦν ψυχαῖς ἄλλα τίθησι λίνα.
Καί τοι κεῖνος, ἰδοῦ, περὶ φωλεόν· οὔ με λέληθας
Τοξότα, Ζηνοφίλας ὄμμασι κρυπτόμενος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πωλείσθω, καὶ ματρὸς ἔτ' ἐν κόλποισι καθεύδων·
Πωλείσθω· τί δέ μοι τὸ θρασὺ τοῦτο τρέφειν;
Καὶ γὰρ σιμὸν ἔφυ, καὶ ὑπόπτερον· ἄκρα δ' ὄνυξι
Κνίζει· καὶ κλαῖον πολλὰ μεταξὺ γελᾷ.
Πρὸς δ' ἔτι λοιπὸν, ἄτρεπτον, ἀείλαλον, ὀξὺ δεδορκὸς,
Ἄγριον, οὐδ' αὐτᾷ ματρὶ φίλᾳ τιθασόν.
Πάντα τέρας. τοιγὰρ πεπράσεται. εἴ τις ἀπόπλους
Ἔμπορος ὠνεῖσθαι παῖδα θέλει, προσίτω.
Καίτοι λίσσετ', ἰδοὺ, δεδακρυμένος. οὔτι σε πωλῶ,
Θάρσει. Ζηνοφίλᾳ σύντροφος ὧδε μένε.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἶπε Λυκαινίδι Δορκὰς, ἴδ' ὡς ἐπίτηκτα φιλοῦσα
Ἥλως. οὐ κρύπτει πλαστὸν ἔρωτα χρόνος.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Οὐκ ἀδικῶ τὸν Ἔρωτα, γλυκύς· μαρτύρομαι αὐτὴν
Κύπριν· βέβλημαι δ' ἐκ δολίου κέραος.
Καὶ πᾶς τεφροῦμαι. θερμῷ δ' ἔπι θερμὸν ἰάλλει
Ἄτρακτον. λωφᾷ δ' οὐδ' ὅσον ἰοβόλος.
Χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐσάξει· θνητὸς ὁ δαίμων;
Τίσομαι· ἐγκλήμων δ' ἔσομ' ἀλεξάμενος.

ἈΣΚΛΗ-

Non dicam quo patre fatus: genuisse ferocem
Et Polus, & Tellus, & Maris unda negant.
Omnibus omnino gravis est: attendite, ne qua
Incautis animis nunc quoque fila paret.
En latebras. an me sperabas fallere, nequam,
Spicula Zenophiles qui jacis ex oculis?

XVII. Ejusdem.

Vaeneat, in matris quantumvis dormiat ulnis:
Vaeneat: hunc saevum cur ego semper alam?
Simus enim pennisque celer, summisque timendus
Unguibus est, mediis ridet & in lachrymis.
Garrulus est, audax, & vibrans lumina, mater
Ipsa potest ejus de feritate queri.
Prodigium totus: jam vaeneat: huc ades, eja,
Mercator puerum si quis habere cupis.
En rogat & lachrymat: parcam te vendere, gaude,
Sed cum Zenophile vive maneque mea.

XVIII. Ejusdem.

Quam bene Dorcas ait, dum fingis amare, Lycaeni,
Deprensa es, non fert tempora falsus amor.

XIX. Leonidae.

Per Venerem, res dulcis Amor, quem laedere nolim,
Sed qui me feriit perfidus arcus erat.
Sum cinis en totus. tamen ecce sagitta sagittam
Subsequitur, pharetrae nec datur ulla quies.
Mortales domuere ferum. mortalis & ipse est.
Experiar. vim vi pellere jura sinunt.

ʼΑΣΚΛΗΠΙΑ΄ΔΟΥ.

Νὺξ μακρὴ, καὶ χεῖμα, μέσην δ' ἐπὶ Πλειάδα δύνει,
Κἀγὼ παρ' προθύροις νείσσομαι ὑόμενος,
Τρωθεὶς τῆς δολίης Ἑλένης πόθῳ. οὐ γὰρ ἔρωτα
Κύπρις, ἀνιηρὸν δ' ἐκ πυρὸς ἧκε βέλος.

ΜΕΛΕΑ΄ΓΡΟΥ.

Γυμνὴν ἢν ἐσίδῃς Καλλίστιον, ὦ ξένε, φήσεις,
Ἤλλακται διπλοῦν γράμμα Συρηκοσίων.

ΠΟΣΕΙΔΙ΄ΠΠΟΥ, ἢ ʼΑΣΚΛΗΠΙΑ΄ΔΟΥ.

Αὐτοὶ τὴν ἁπαλὴν Εἰρήνιον εἶδον Ἔρωτες,
Κύπριδος ἐκ χρυσέων ἐρχόμενοι θαλάμων,
Ἐκ τριχὸς ἄχρι ποδῶν ἱερὸν θάλος, οἷά τε λύγδου
Γλυπτὴν, παρθενίων βριθομένην Χαρίτων.
Καὶ πολλοὺς τότε χερσὶν ἐπ' ἠϊθέοισιν ὀϊστοὺς
Τόξου πορφυρέης ἧκαν ἀφ' ἁρπεδόνης.

ΜΕΛΕΑ΄ΓΡΟΥ.

Ζηνοφίλα κάλλος μὲν Ἔρως, σύγκοιτα δὲ φίλτρα
Κύπρις ἔδωκεν, ἔχειν αἱ Χάριτες δὲ χάριν.

ΤΟΥ͂ ΑΥ΄ΤΟΥ.

Ναὶ μὰ τὸν εὐπλόκαμον Τιμοῦς φιλέρωτα κίκιννον,
Καὶ μυρόπνουν Δημοῦς χρῶτα τὸν ὑπναπάτην,
Ναὶ πάλιν Ἰσιάδος φίλα παίγνια, καὶ φιλάγρυπνον
Λύχνον, ἐμῶν κώμων πολλὰ πίοντα μέλη,
Βαιὸν ἔχω τόγε λειφθὲν, Ἔρως, ἐπὶ χείλεσι τραῦμα·
Εἰ γ' ἐθέλεις, καὶ τοῦτ' εἰπὲ, καὶ ἐκπτύσομαι.

ʼΑΣΚΛΗ-

XX. Asclepiadae.

Nox longa est & hyems: mediam mare Pleiada condit,
  Cum miser insidae compluor ante fores.
Nam crux illa mea est. non in me misit amoris
  Tela, sed ignito tincta dolore Venus.

XXI. Meleagri.

Nudam si videas Callistion, hospes, in illam
  Litera, clamabis, versa Syracosia est.

XXII. Posidippi vel Asclepiadae.

Ireni tenerum viderunt corpus Amores,
  Egressi nitido Cypridos e thalamo.
A capite ad calcem tamquam de marmore Lygdi
  Facta, puellaris plena decoris erat.
Tunc de purpureo corda in juvenilia nervo
  Jecerunt manibus spicula multa suis.

XXIII. Meleagri.

Zenophilae formam dat Amor, Venus aurea lecti
  Illecebras, dotes Gratia terna suas.

XXIV. Ejusdem.

Per Timûs teneros animorum vincla capillos,
  Per Demûs somnos fallere corpus amans,
Isiadosque meae lusus vigilemque lucernam,
  Quae mea post vinum carmina saepe bibit,
Restat, Amor, modicum labiis mihi vulnus in ipsis:
  Hoc quoque, dic verbum, nil moror exspuere.

XXV.

ἈΣΚΛΗΠΙΑ'ΔΟΥ.

Αἱ Σάμιαι Βιττὼ καὶ Νάννιον εἰς Ἀφροδίτης
Φοιτᾷν τοῖς αὐτῆς οὐκ ἐθέλουσι νόμοις·
Εἰς δ' ἕτερ' αὐτομολοῦσιν, ἃ μὴ καλά. δέσποτι Κύπρι,
Μίσει τὰς κοίτας τὰς παρὰ σοὶ φυγάδας.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

Τῷ θαλλῷ Διδύμη με συνήρπασεν· ὤ μοι, ἐγὼ δὲ
Τήκομαι, ὡς κηρὸς πὰρ πυρὶ, κάλλος ὁρῶν.
Εἰ δὲ μέλαινα, τί τοῦτο; καὶ ἄνθρακες· ἀλλ' ἂν ἐκείνους
Θάλψαιμεν, λάμπουσ' ὡς ῥόδεαι κάλυκες.

ΜΕΛΕΑ'ΓΡΟΥ.

Λίσσομ', Ἔρως, τὸν ἄγρυπνον ἐμοὶ πόθον Ἡλιοδώρας
Κοίμισον, αἰδεσθεὶς Μοῦσαν ἐμὴν ἱκέτιν.
Νὴ γὰρ δὴ τὰ σὰ τόξα, τὰ μὴ δεδιδαγμένα βάλλειν
Ἄλλον, ἀεὶ δ' ἐπ' ἐμοὶ πτηνὰ χέοντα βέλη,
Εἰ καί με κτείνῃς, λείψω φωνὴν προϊέντα
Γράμματ', Ἔρωτος ὅρα, ξεῖνε, μιαιφονίην.

ἈΓΑΘΙ'ΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ͂.

Εἰ φιλέεις, μὴ πάμπαν ὑποκλασθέντα χαλάσσῃς
Θυμὸν ὀλισθηρῆς ἔμπλεον ἱκεσίης·
Ἀλλά τι καὶ φρονέοις στεγανώτερον, ὅσσον ἐρύσσαι
Ὀφρύας, ὅσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῳ.
Ἔργον γάρ τι γυναιξὶν ὑπερφιάλους ἀθερίζειν,
Καὶ καταχαγχάζειν τῶν ἄγαν οἰκτροτάτων.
Κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος ἐρωτικὸς, ὃς τάδε μίξει,
Οἶκτον ἔχων ὀλίγῃ ξυνὸν ἀγηνορίῃ·

ΠΑ'Υ-

XXV. Asclepiadae.

Nannion & Bitto Samiae celebrare recusant
  Legibus his Venerem, quas Venus ipsa dedit,
Et cupiunt quae fas nec dicere. tu fugitivas
  Deteſtare tui foederis alma Venus.

XXVI. Ejusdem.

Flore ſuo Didyme me ſurpuit: inde ego totus
  Liquor, ut accenſis addita cera focis.
Nigra ſed eſt. quid tum? carbo quoque. ſi tamen igne
  Hunc foveas, roſeis concolor eſt foliis.

XXVII. Meleagri.

Fac curam, qua me coquit Heliodora, Cupido,
  Dormiat: hoc ſupplex te mea Muſa rogat.
Juro tuos arcus, alios qui laedere nullos
  Cum ſoleant, in me ſpicula ſemper habent.
Si per te moriar, ſcripta haec ego verba relinquam:
  Hospes, Amor quam ſit trux homicida, vides.

XXVIII. Agathiae, Oratoris.

Quisquis amas nimium demittere ſupplice ritu
  Temet, & ad ſervas parce venire preces.
Sed tollens animos oculis parcentibus ipſam
  Aſpice & intrepidum tolle ſupercilium.
Feminei generis mos eſt odiſſe ſuperbos,
  Et ludum fracti cordis habere viros.
Qui ſublime aliquid ſimul & miſerabile praefert,
  Inter amatores is mihi primus erit.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας
Ζεὺς, διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.
Φαμὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐγὼ τάδε, χάλκεα νικᾷ
Δάπεδα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῖδας ἐλέγχει,
Χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.
Καὶ Δανάας ἐλύγωσεν ὅδε φρένα. μή τις ἐραστὰς
Λισσέσθω Παφίαν, ἀργύριον παρέχων.

ἈΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Τὸν σοβαρὸν Πολέμωνα, τὸν ἐν θυμέλῃσι Μενάνδρου
Κείραντα γλυκεροὺς τῆς ἀλόχου πλοκάμους,
Ὁπλότερος Πολέμων μιμήσατο, καὶ τὰ Ῥοδάνθης
Βόστρυχα παντόλμοις χερσὶν ἐληΐσατο,
Καὶ τραγικοῖς ἀχέεσσι τὸ κωμικὸν ἔργον ἀμείψας
Μάστιξεν ῥαδινῆς ἅψεα θηλυτέρης.
Ζηλομανὲς τὸ κόλασμα. τί γὰρ τόσον ἤλιτε κούρη,
Εἴ με κατοικτείρειν ἤθελε τειρόμενον;
Σχέτλιος, ἀμφοτέρους δὲ διέτμαγε, μέχρι καὶ αὐτοῦ
Βλέμματος ἐνστήσας αἴθοπα βασκανίην.
Ἀλλ' ἔμπης τελέθει Μισούμενος· αὐτὰρ ἔγωγε,
Δύσκολος, οὐχ ὁρόων τὴν Περικειρομένην.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ καὶ νῦν πολιή σε κατεύνασε, καὶ τὸ θαλυκρὸν
Κεῖνο κατημβλύνθη κέντρον ἐρωμανίης,
Ὤφελες, ὦ Κλεόβουλε, πόθους νεότητος ἐπιγνοὺς,
Νῦν καὶ ἐποικτείρειν ὁπλοτέρων ὀδύνας,

Μηδ'

XXIX. Pauli Silentiarii.

Ingressus Danaes aerata cubilia, clausae
  Juppiter effregit vincla pudicitiae.
Fabula non dubium est sibi quid velit: aerea tecta
  Omnipotens aurum vinclaque cuncta domat.
Auro claustra patent, aurum frena abnuit: auro
  Flectitur & prisci si qua supercilii est.
Vicerat hoc Danaën. auri cui copia dandi est,
  Nil opus est Paphiae supplicet ille Deae.

XXX. Agathiae, Oratoris.

Antiquo Polemoni, facit quem scena Menandri
  Uxoris teneras dissecuisse comas,
Alter idem fecit Polemon, pulchraeque Rhodanthes
  Abripuit crines vertice saeva manus.
Comica res fuerat: tragicos superaddidit ausus,
  Femineam flagris nam scidit ille cutem.
Trux facinus. quid enim tantum peccaverat illa,
  Aerumnas fuerat si miserata meas?
Nos quoque divisit ferus ille, nec ora tueri
  Mutua fert: tantus pectora livor habet.
Verum est ille tamen Misumenos. ast ego certe
  Dyscolos, heu segrex a Periciromene.

XXXI. Ejusdem.

Quamquam longa dies te jam sedavit, & ille
  Fervidus ex omni pectore cessit amor,
Debueras, Cleobule, tuae memor esse juventae,
  Atque aetas, placide ferre, quod illa jubet.

Μηδ' ἐπὶ τοῖς ξυνοῖς κοτέειν μέγα, μηδὲ κομάων
Τὴν ῥαδινὴν κούρην πάμπαν ἀπαγλαΐσαι,
Ἀντίπατρος τῇ παιδὶ πάρος μεμέλησο ταλαίνῃ,
Καὶ νῦν ἐξαπίνης Ἀντίπαλος γέγονας.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Μέχρι τίνος φλογόεσσαν ὑποκλέπτοντες ὀπωπὴν
Φώριον ἀλλήλων βλέμμα τιτυσκόμεθα;
Λεκτέον ἀμφαδίην μελεδήματα· κἤν τις ἐρύξῃ
Μαλθακὰ λυσιπόνου πλέγματα συζυγίης,
Φάρμακον ἀμφοτέροις ξίφος ἔσσεται· ἥδιον ἡμῖν
Ξυνὸν ἀεὶ μεθέπειν ἢ βίον ἢ θάνατον.

ἈΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς Ἀριάδνην κιθαριστρίδα.

Εἴ ποτε μὲν κιθάρης ἐπαφήσατο πλῆκτρον ἔχουσα
Κούρη, Τερψιχόρης ἀντεμέλιζε μίτοις·
Εἴ ποτε δὲ τραγικῷ ῥοιζήματι ῥήξατο φωνὴν,
Αὐτῆς Μελπομένης βόμβον ἀπεπλάσατο.
Εἰ δὲ καὶ ἀγλαΐης κρίσις ἵστατο, μᾶλλον ἂν αὐτῇ
Κύπρις ἐνικήθη, κἂν ἐδίκαζε Πάρις.
Σιγῇ, ἐφ' ἡμείων, ἵνα μὴ Διόνυσος ἀκούσας
Τῶν Ἀριαδνείων ζῆλον ἔχοι λεχέων.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ, ὙΠΑΤΟΥ.

Φωσφόρε, μὴ τὸν ἔρωτα βιάζεο, μηδὲ διδάσκου
Ἄρεϊ γειτονέων νηλεὲς ἦτορ ἔχειν.
Ὡς δὲ πάρος Κλυμένης ὁρόων Φαέθοντα μελάθρῳ
Οὐ δρόμον ὠκυπόδην εἶχες ἀπ' ἀντολίης.

Οὐ-

Non indignari, si quid sit tale, puellam
  Continuo raptis nec spoliare comis.
Quae modo te patrem velut observaverat, illi
  Hostis tam subito qui, precor, esse potes?

XXXII. Pauli Silentiarii.

Ecquis, in alterius flammantes alter ocellos
  Quod furtim jacimus lumina, finis erit?
Cura fatenda palam est: & nobis dulcia si quis
  Vincla soporiferi foederis impediat,
Ambobus feret ensis opem. nam suavius illud
  Participes vitae vel necis esse duos.

XXXIII. Agathiae, Oratoris,
de Ariadne fidicina.

Virgo fidem quoties plectro percussit eburno,
  Terpsichorae filis aemula fila movet,
In tragicos eadem vocem si solvat hiatus,
  Non it Melpomenae major ab ore sonus.
Quod si de forma fuerint certamina, vincet
  Et Venerem, judex sit licet ipse Paris.
Sed tacuisse mihi melius, ne, si audiat Evan,
  Rursum Ariadneos appetat ipse toros.

XXXIV. Macedonii, Consulis.

Ne de vicino tibi sit truculentia Marte,
  Phosphore, nec turba dulcis amoris opus:
Sed velut Eoum venisti tardus ad axem
  In Clymenes thalamo sole trahente moras.

Οὕτω μοι περὶ νύκτα, μόγις πανέσπερα φανῆναι,
"Ερχεο δηθύνων, ὡς παρὰ Κιμμερίοις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λῆξον Ἔρως κραδίης τε καὶ ἥπατος· εἰ δ' ἐπιθυμεῖς
Βάλλειν, ἄλλο τί μου τῶν μελέων μετάβα.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἕλκος ἔχω τὸν ἔρωτα· ῥέει δέ μοι ἕλκεος ἰχὼρ
Δάκρυον, ἀτειλῆς οὔποτε τερσομένης.
Εἰμὶ καὶ ἐκ κακότητος ἀμήχανος· οὐδὲ Μαχάων
Ἤπιά μοι πάσσει φάρμακα δευομένῳ·
Τήλεφός εἰμι, κόρη, σὺ δὲ γίνεο πιστὸς Ἀχιλλεύς.
Κάλλεϊ σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Εἰπὲ τίνι πλέξεις ἔτι βόστρυχον, ἢ τίνι χεῖρας
Φαιδρύνεις, ὀνύχων ἀμφιτεμῶν ἀκίδα;
Ἐς τί δὲ κοσμήσεις ἁλιανθέϊ φάρεα κόχλῳ,
Μηκέτι τῆς καλῆς ἐγγὺς ἰὼν Ῥοδόπης.
Ὄμμασιν οἷς Ῥοδόπην οὐ δέρκομαι, οὐδὲ φαεινῆς
Φέγγος ἰδεῖν ἐθέλω χρύσεον Ἠριπόλης.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ, ΥΠΑΤΟΥ.

Τὴν Νιόβην κλαίουσαν ἰδών ποτε βουκόλος ἀνὴρ,
Θάμβεεν, εἰ λείβειν δάκρυον οἶδε λίθος.
Αὐτὰρ ἐμὲ στενάχοντα τόσης κατὰ νυκτὸς ὀμίχλην
Ἔμπνοος Εὐίππης οὐκ ἐλέαιρε λίθος.

Sic mihi vix tandem ſperata nocte potito,
Serus, Cimmerio qualis in orbe, veni.

XXXV. Ejusdem.

Dum jecur intactum mihi corque Cupido relinquas,
De membris aliis elige quod ferias.

XXXVI. Ejusdem.

Eſt mihi vulnus amor: ſanies de vulnere manat
Lachryma: ſiccari plaga profunda negat.
Nec revaleſcendi ſpes eſt ſuper: ipſe Machaon
Nil, virus tantum quo medicetur, habet.
Telephus en tibi ſum: mea tu mihi te fac Achillem:
Et flammam ſeda, quam tua forma facit.

XXXVII. Pauli Silentiarii.

Cui jam diſpoſitos certo regis orbe capillos;
Abſecto nitidas cui facis ungue manus?
Cui jam Sidonio curas praetexere veſtem
Murice, formoſa tam procul a Rhodope?
Quando oculis pulchram Rhodopen mihi cernere non eſt,
Jam nec ego Aurorae cernere curo jubar.

XXXVIII. Macedonii, Consulis.

Ad Nioben paſtor plorantem ſubſtitit olim,
Miratus poſſet ſi lachrymare lapis.
At nihil Evippe tota me nocte gemente
Flectitur, Evippe quid niſi viva ſilex?

Can-

Αἴτιος ἀμφοτέροισιν Ἔρως, ὀχετηγὸς ἀνίης,
Τῇ Νιόβῃ τεκέων, αὐτὰρ ἐμοὶ παθέων.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Χρυσῆς εἰρύσσασα μίαν τρίχα Δωρὶς ἐθείρης,
Οἷα δορυκτήτους δῆσεν ἐμὰς παλάμας.
Αὐτὰρ ἐγὼ τοπρὶν μὲν ἐκάγχασα, δεσμὰ τινάξαι
Δωρίδος ἱμερτῆς εὐμαρὲς οἰόμενος·
Ὡς δὲ διαῤῥῆξαι σθένος οὐκ ἔχον, ἔστενον ἤδη,
Οἷά τε χαλκείῃ σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ.
Καὶ νῦν ὁ τρισάποτμος ἀπὸ τριχὸς ἤρτημαι,
Δεσπότις ἔνθ' ἐρύσῃ, πυκνὰ μεθελκόμενος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ πρὶν ἀμαλθάκτοισιν ἐνὶ φρεσὶν ἡδὺν ἐν ἥβῃ
Οἰστροφόρου Παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος,
Γυιβόροις βελέεσσιν ἀνέμβατος ὁ πρὶν Ἐρώτων,
Αὐχένα σοὶ κλίνω, Κύπρι, μεσαιπόλιος.
Δέξο με καγχαλόωσα, σοφὴν ὅτι Παλλάδα νικᾷς
Νῦν πλέον, ἢ τοπάρος μήλῳ ἐφ' Ἑσπερίδων.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ναὶ τάχα Ταντελέης Ἀχερόντια πήματα ποινῆς
Ἡμετέρων ἀχέων ἐστὶν ἐλαφρότερα.
Οὐ γὰρ ἰδὼν σέο κάλλος, ἀπείργετο χείλεα μίξαι
Χείλεϊ σῷ, ῥοδέων ἁβροτέρῳ καλύκων,
Τάνταλος, ἀκριτόδακρυς. ὑπερτέλλοντα δὲ πέτρον
Δείδιεν. ἀλλὰ θανεῖν δεύτερον οὐ δύναται.
Αὐτὰρ ἐγὼ ζωὸς μὲν ἐὼν κατατήκομαι οἴστρῳ,
Ἐκ δ' ὀλιγοδρανίης καὶ μόρον ἐγγὺς ἔχω.

ΤΟΥ

Causa amor est utrique; fluunt hoc fonte dolores,
Quos Niobae proles fecit, amica mihi.

XXXIX. Pauli Silentiarii.

Traxerat aureolum Doris de fronte capillum;
Hoc mihi captivam strinxit utramque manum.
Principio risi, nodos divellere pulchrae
Doridos in facili dum reor esse mihi.
At gemui, postquam sensi non solvere posse,
Ceu premeret palmas dura catena meas.
Nunc miser ex uno suspensus crine superbae
Ad nutum dominae, quo cupit illa, trahor.

XL. Ejusdem.

Ille ego qui quondam, dum ver mihi floruit aevi,
In Paphiae leges corde rebellis eram;
Ille ego qui vixi telis intactus Amoris,
Submitto senior jam tibi colla, Venus.
Suscipe me rideque: magis jam Pallada vincis,
Quam cum de malo lis fuit Hesperidum.

XLI. Ejusdem.

Sic reor, ad Stygias quae fert mala Tantalus undas,
Omnia sunt nostris inferiora malis.
Nam si te videat, labris tua, credo, sinatur
Tangere labra, quibus cedat & ipsa rosa,
Tantalus infelix. sed ab impendente pavescit
Rupe: quid hoc? iterum nam nequit ille mori.
Ast ego perpetuo vivus depascor ab igne,
Et mors attritis viribus ipsa prope est.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

'Εσβέσθη φλογεροῖο πυρὸς μένος, οὐκ ἔτι κάμνω,
'Αλλὰ καταφθινύθω, ψυχόμενος Παφίῃ.
Ἤδη γὰρ μετὰ σάρκα, δι' ὀστέα καὶ φρένας ἕρπει
Παμφάγον ἀσθμαίνων οὗτος ὁ πικρὸς Ἔρως.
Καὶ φλὸξ ἐν τελεταῖς ὅτε θύματα πάντα λαφύξει,
Φορβῆς ἡ μανίη ψύχεται αὐτόματος.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

Ὤμοσα μιμνάζειν σέο τηλόθεν, ἀργέτι κούρη,
Ἄχρι δυωδεκάτης, ὢ πόποι, ἠριπόλης·
Οὐδ' ἔτλην ὁ τάλας. τὸ γὰρ αὔριον ἄμμι φαάνθη
Τηλοτέρω μήνης, καὶ μά σε, δωδεκάτης.
'Αλλὰ Θεοὺς ἱκέτευε, φίλη, μὴ ταῦτα χαράξαι
Ὅρκια ποιναίης νῶτον ὑπὲρ σελίδος.
Θέλγε δὲ σαῖς χαρίτεσσιν ἐμὴν φρένα· μὴ δέ με μάστιξ,
Πότνια, κατασμύξῃ καὶ σέο καὶ μακάρων.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

Δικλίδας ἀμφετίναξεν ἐμοῖς Γαλάτεια προσώποις
Ἕσπερος, ὑβριστὴν μῦθον ἐπευξαμένη.
Ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε, μάτην ὅδε μῦθος ἀλᾶται·
Ὕβρις ἐμὴν ἐρέθει μᾶλλον ἐρωμανίην.
Ὤμοσα καὶ λυκάβαντα μένειν ἀπάνευθεν ἐκείνης·
Ὦ πόποι. ἀλλ' ἱκέτης πρώϊος εὐθὺς ἔβην.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

Ἢ σὸν ἔτι φθινόπωρον ὑπέρτερον εἴαρος ἄλλης,
Χεῖμα σὸν ἀλλοτρίου θερμότερον θέρεος.

ΤΟΥ͂

XLII. Ejusdem.

Deferuit jam me mea flamma, nec uror, ut ante,
Tabe fed a Veneris frigidus intereo.
Carnibus abfumtis per cor mihi ferpit & offa
Exitiumque imis partibus afflat amor.
Sic ubi perfectis cinefacta eft victima facris
Sponte, fimul caruit fomite, flamma cadit.

XLIII. Ejusdem.

Juratus fueram bisfex (proh numina) luces
Candida confpectu virgo carere tuo.
Non potui: biffex mihi menfibus altera vifa eft,
Juro tuos oculos, longior ire dies.
Sed jurata mihi ne chartae vindicis albo
Infcribant, pro me tu venerare Deos.
Deinde tuo pectus mulce mihi, pulchra, lepore,
Ne tibi fupplicium coelitibusque luam.

XLIV. Ejusdem.

Sub noctem Galatea fores mihi claufit amanti,
Infuper & quaedam non bona dicta dedit.
Exfpecto ut dicas, injuria folvit amorem:
Erras: quin ftimulos fubjicit illa mihi.
Abfore juravi totum temerarius annum:
Proh fuperi! primò mane precator eo.

XLV. Ejusdem.

Quod ver eft aliis, tuus eft autumnus, & ipfa
Aeftate alterius plus tua torret hyems.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Κεκρύφαλοι σφίγγουσι τεὴν τρίχα; τήκομαι οἴστρῳ,
Ῥείης πυργοφόρου δείκελον εἰσορόων.
Ἀσκεπές ἐστι κάρηνον; ἐγὼ ξανθίσματι χαίτης
Ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον.
Ἀργενναῖς ὀθόνῃσι κατήορα βόστρυχα κεύθεις;
Οὐδὲν ἐλαφροτέρη φλὸξ κατέχει κραδίην.
Μορφὴν τριχθαδίην Χαρίτων τριὰς ἀμφιπολεύει.
Πᾶσα δέ μοι μορφὴ πῦρ ἴδιον προχέει.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Φεῦ, φεῦ, καὶ τὸ λάλημα τὸ μείλιχον ὁ φθόνος εἴργει,
Βλέμμα τε λαθριδίως φθεγγομένων βλεφάρων.
Ἱστάμενοι δ' ἄγχιστα τεθήπαμεν ὄμμα γεραιῆς,
Οἷα πολύγληνον βουκόλον Ἰναχίης.
Ἵστασο, καὶ σκοπίαζε, μάτην δὲ σὸν ἦτορ ἀμύσσου·
Οὐ γὰρ ἐπὶ ψυχὴν ὄμμα τεὸν τανύσεις.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ἀνέρα λυσσητῆρι κυνὸς βεβολημένον ἰῷ
Ὕδασι θηρείην εἰκόνα φασὶ βλέπειν.
Λυσσώων τάχα πικρὸν Ἔρως ἐνέπηξεν ὀδόντα
Εἰς ἐμέ, καὶ μανίαις θυμὸν ἐληίσατο.
Σὴν γὰρ ἐμοὶ καὶ πόντος ἐπήρατον εἰκόνα φαίνει,
Καὶ ποταμῶν δῖναι, καὶ δέπας οἰνοχόον.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Μηκέτι τις πτήξειε πόθου βέλος· ἰοδόκην γὰρ
Εἰς ἐμὲ λάβρος Ἔρως ἐξεκένωσεν ὅλην.

Μὴ

XLVI. Ejusdem.

Reticulo fubftricta coma en tibi! torqueor igne:
Turrigeram talem fufpicor effe Deam.
Intectum caput eft? effufa ex pectore toto
Mens abit: usque adeo me coma flava capit.
Candida fufpenfos retinent velamina cirros?
Non minor in noftro pectore flamma calet.
Quippe triplex triplicem comitatur Gratia formam,
Nullaque non in me plus fatis ignis habet?

XLVII. Ejusdem.

Impedit heu livor dulcis commercia linguae,
Mutaque furtivi verba fupercilii.
Nos taciti ftantes vultum miramur anilem,
Tam vigil Inachidos vix, puto, paftor erat.
Sta, fpeculare, tuum tibi cor ede. nam tua certe
In noftros animos lumina non penetrant.

XLVIII. Ejusdem.

Qui rabido, fert fama, canis funt dente petiti,
His in aquis fefe monftrat imago canis.
Credo, furens in me crudeli dente venenum
Exfpuit, atque animo me fpoliavit Amor.
Quippe tuos vultus referunt mihi pontus & amnes,
Et quae vite fato pocula rore madent.

XLIX. Ejusdem.

Flammea ne quisquam timeat jam tela: pharetram
In mea nam vacuam vulnera fecit Amor.

Μὴ πτερύγων τρομέοι τις ἐπήλυσιν· ἐξότε γάρ μοι
Λὰξ ἐπιβὰς στέρνοις πικρὸν ἔπηξε πόδα,
Ἀστεμφὴς, ἀδόνητος ἐνέζεται· οὐδὲ μετέστη,
Εἰς ἐμὲ συζυγίην κειράμενος πτερύγων.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃.

Οὔτε ῥόδον στεφάνων ἐπιδεύεται, οὔτε σὺ πέπλων,
Οὔτε λιθοβλήτων, πότνια, κεκρυφάλων.
Μάργαρα σῆς χροιῆς ἀπολείπεται, οὐδὲ κομίζει
Χρυσὸς ἀπεκτήτου σῆς τριχὸς ἀγλαΐην.
Ἰνδῴη δ' ὑάκινθος ἔχει χάριν αἴθοπος αἴγλης,
Ἀλλὰ τεῶν λογάδων πολλὸν ἀφαυροτέρην.
Χείλεα δὲ δροσόεντα, καὶ ἡ μελίφυρτος ἐκείνη
Ἔνθεος ἁρμονίη, κεστὸς ἔφυ Παφίης.
Τούτοις πᾶσιν ἐγὼ καταδάμναμαι· ὄμμασι μούνοις
Θέλγομαι, οἷς ἐλπὶς μείλιχος ἐνδιάει.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃.

Τὴν πρὶν ἐνεσφρήγισσεν Ἔρως θρασὺς εἰκόνα μορφῆς
Ἡμετέρης θερμῷ βένθεϊ σῆς κραδίης,
Φεῦ, φεῦ, νῦν ἀδόκητος ἀπέπτυσας. αὐτὰρ ἐγώ τοι
Γραπτὸν ἔχω ψυχῇ σῆς τύπον ἀγλαΐης.
Τοῦτον καὶ Φαέθοντι καὶ Ἀΐδι, βάρβαρε, δείξω,
Κρῆσσαν ἐπισπέρχων εἰς σε δικασπολίην.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃.

Δηθύνει Κλεοφάντις. ὁ δὲ τρίτος ἄρχεται ἤδη
Λύχνος ὑποκλάζειν, ἦκα μαραινόμενος.
Αἴθε δὲ καὶ κραδίης πυρσὸς συναπέσβετο λύχνῳ,
Μηδέ μ' ὑπ' ἀγρύπνοις δηρὸν ἔκαιε πόθοις.

Α,

Nec penna metuat de praepete: nam ferus ex quo
Inpofito preffit pectora noftra pede,
Infidet immotus: quin, ne difcedere poffet,
En etiam pennas abfcidit ipfe fibi.

L. Ejusdem.

Nec fertis rofa dulcis eget: nec vefte decora,
Gemmiferis opus eft nec tibi reticulis.
Candidior rubri bacca tu littoris: aurum
Provocat impexae gratia flava comae.
Ardentes fpargit radios hyacinthus, ab Indis
Qui venit: eft oculis fed minor ille tuis.
Corporis aetheriam compagem & rofcida labra,
Haec Veneris ceftum, fi voco, jure voco.
Omnibus his pereo. fed enim folantur ocelli:
Conftituit fedem fpes ubi blanda fuam.

LI. Ejusdem.

Quam formam pridem tua fub praecordia noftram
Sculptorum princeps effigiarat Amor:
Exfpuis heu fubito: contra mihi corde profundo
Haeret adhuc vultus pulchra figura tui.
Hanc ego nunc Soli, pofthac dabo cernere Diti,
Rex ferat ut de te Gnoffius arbitrium.

LII. Ejusdem.

Cunctatur Cleophantis. at haec mihi tertia jam nunc
Deficit emoriens igne lucerna fuo.
Deficiatque utinam mea fax, defecit ut illa,
Fax vigili torret quae mihi corda face.

Ve-

Ἆ, πόσα τὴν Κυθέρειαν ἐπώμοσεν Ἕσπερος ἐλθών·
Ἀλλ' οὔτ' ἀνθρώπων φείδεται οὔτε Θεῶν.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Χθιζά μοι Ἑρμώνασσα φιλακρήτους μετὰ κώμους
Στέμμασιν αὐλείας ἀμφιπλέκοντι θύρας,
Ἐκ κυλίκων ἐπέχευεν ὕδωρ· ἀμάθυνε δὲ χαίτην,
Ἣν μόλις ἐς τρισσὴν πλέξαμεν ἀμφιλύκην.
Ἐφλέχθην δ' ἔτι μᾶλλον ὑφ' ὕδατος. ἐκ γὰρ ἐκείνης
Λάθριον εἶχε κύλιξ πῦρ γλυκερῶν στομάτων.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Φράζεό μοι, Κλεοφάντις, ὅση χάρις, ὁππότε δοιοὺς
Λαῦρον ἐπαιγίζων ἴσος Ἔρως κλονέει.
Ποῖος Ἄρης, ἢ τάρβος ἀπείριτον, ἠὲ τίς αἰδὼς
Τούσδε διακρίνει πλέγματα βαλλομένους;
Εἴη μοι μελέεσσι τὰ Λήμνιος ἥρμοσεν ἄκμων
Δεσμὰ, καὶ Ἡφαίστου πᾶσα δολορραφίη·
Μοῦνον ἐγὼ, χαρίεσσα, τεὸν δέμας ἀγκὰς ἑλίξας
Θελγοίμην ἐπὶ σοῖς ἅψεσι βουλόμενος.
Δὴ τότε καὶ ξεινός με καὶ ἐνδάπιος καὶ ὁδίτης,
Πότνια, καὶ ἀρητὴρ, χἡ παράκοιτις ἴδοι.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ἐξότε μοι πίνοντι συνεστιάουσα Χαρικλὼ
Λάθρη τοὺς ἰδίους ἀμφέβαλε στεφάνους,
Πῦρ ὀλοὸν δάπτει με· τὸ γὰρ στέφος, ὡς δοκέω, τὶ
Εἶχεν, ὃ καὶ Γλαύκην φλέξε Κρεοντιάδα.

ΤΟΥ͂

Vespere per Venerem toties jurata venire,
Non homines flocci, non facit illa deos.

LIII. Ejusdem.

Hermonassa, mero titubans, dum limina servo
Ipsius, & vinctis floribus orno fores;
Me cyatho perfudit aquae: turbata repente,
Vixque sibi trina reddita luce coma est:
Plus ab aquis calui, quis crederet? intus habebat
Vim flammae dominae tactus ab ore calix.

LIV. Ejusdem.

Quae, Cleophanti, vide binis sit gratia, nexos
Quos simul insano turbine versat amor:
Qui metus, aut belli rabies, aut cura pudoris
Divellat nodis talibus implicitos?
Vincula me stringant quae Lemnia protulit incus,
Aut aliud si quid Mulciber artis habet:
Dum mihi sit pulchris decerpere gaudia membris,
Fundereque amplexus in tua colla meos.
Incola tunc, hospes, civis, rigidusque sacerdos
Ut me conspiciant, uxor & ipsa, velim.

LV. Ejusdem.

Ex quo (nam memini) consors vinique jocique
Imposuit Chariclo clam sua serta mihi,
Igne cremor totus: sertis ni fallor in illis,
Illud quo periit Glauca Creontis erat.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ὁ θρασὺς, ὑψαύχην τε, καὶ ὀφρύας εἰς ἓν ἀγείραν,
  Κεῖται παρθενικῆς παίγνιον ἀδρανέος.
Ὁ πρὶν ὑπερβασίῃ δοκέων τὴν παῖδα χαλέπτειν,
  Αὐτὸς ὑποδμηθεὶς ἐλπίδος ἐκτὸς ἔβη.
Καί ῥ' ὁ μὲν ἱκεσίοισι πεσὼν θηλύνεται οἴκτοις,
  Ἡ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἄρσενα μῆνιν ἔχει.
Παρθένε θυμολέαινα, καὶ εἰ χόλον ἔνδικον ἔσχες,
  Σβέσσον ἀγηνορίην· ἐγγὺς ἴδ' ἐς Νέμεσιν.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

πέμψαντος ἰχθὺν κόρῃ.

Εἰ καὶ τηλοτέρω Μερόης τεὸν ἴχνος ἐρείσεις,
  Πτηνὸς Ἔρως πτηνῷ κεῖσε τάχει με φέρει.
Εἰ καὶ ἐς ἀντολίην πρὸς ὁμόχροον ἵξεαι Ἠῶ,
  Πεζὸς ἀμετρήτοις ἕψομαι ἐν σταδίοις.
Εἰ δέ τι σοὶ στέλλω βύθιον γέρας, ἵλαθι κούρη,
  Εἰς σὲ θαλασσαίη τοῦτο φέρει Παφίη,
Κάλλεϊ νικηθεῖσα τεοῦ χροὸς ἱμερόεντι,
  Τὸ πρὶν ἐπ' ἀγλαΐῃ θάρσος ἀπωσαμένη.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ὀφθαλμοὶ, τέο μέχρις ἀφύσσετε νέκταρ ἐρώτων,
  Κάλλεος ἀκρήτου ζωροπόται θρασέες;
Τῆλε διαθρέξωμεν ὅποι σθένος· ἐν δὲ γαλήνῃ
  Νηφάλια σπείσω Κύπριδι μειλιχίῃ.
Εἰ δ' ἄρα που καὶ κεῖθι κατάσχετος ἔσσομαι οἴστρῳ,
  Γίνεσθε κρυεροῖς δάκρυσι μυδαλέοι,

Ἐν-

LVI. Ejusdem.

Ille superciliis trucibus, cervice superba,
  Ludibrium tenerae virginis ecce jacet.
Ille diu visus prae se sprevisse puellam,
  Jam domitus, nec spem, qua foveatur, habet.
Ille ciet supplex muliebres ore querelas;
  Illa oculis animos monstrat & ore mares.
Parce ferox, licet ira tibi sit justa, virago,
  Parce: manent durae facta superba vices.

LVII. Ejusdem,

cum puellae piscem mitteret.

Tu licet ulterius Meroën vestigia ponas,
  Illuc ales Amor me feret, ales Amor.
Seu loca visis, ubi surgit tibi concolor Eos;
  Immensis spatiis vel pedes ipse sequar.
Jam cape, sed facilis, mitto quod ab aequore, munus,
  Ipsa tibi donat quod Venus orta mari.
Quae, superata tui divino corporis astro,
  Non ultra faciem jactat, ut ante, suam.

LVIII. Ejusdem.

Quis modus aut finis, bibitis quod nectar amorum
  Ebria de formae lumina flore mero?
Quin potius longe, quantum via ducit, eamus,
  Tutus ubi Veneri sobria sacra feram.
Si tamen hoc oestrum, vadam quocumque, sequetur,
  Vos semper madidos fletibus esse volo:

 Haec,

Ἔνδικον ὀτλήσοντες ἀεὶ πόνον, ἐξ ὑμέων γὰρ,
Φεῦ, πυρὸς ἐς τόσσην ἤλθομεν ἐργασίην.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ἱππομένην φιλέουσα, νόον προσέρεισα Λεάνδρῳ·
Ἐν δὲ Λεανδρείοις χείλεσι πηγνυμένη
Εἰκόνα τὴν Ξάνθοιο φέρω φρεσί· πλεξαμένη δὲ
Ξάνθον, ἐς Ἱππομένην νόστιμον ἦτορ ἄγω.
Πάντα τὸν ἐν παλάμῃσιν ἀναίνομαι· ἄλλοτε δ' ἄλλον
Αἰὲν ἀμοιβαίοις πήχεσι δεχνυμένη,
Ἀφνειὴν Κυθέρειαν ὑπέρχομαι. εἰ δέ τις ἡμῖν
Μέμφεται, ἐν πενίῃ μιμνέτω οἰογάμῳ.

ΜΑΚΕΔΟΝΙ'ΟΥ ὙΠΑ'ΤΟΥ.

Τὸ στόμα ταῖς χαρίτεσσι, προσώπατα δ' ἄνθεσι βάλλεις,
Ὄμματα τῇ Παφίῃ, τὴν χέρα τῇ κιθάρῃ.
Συλεύεις βλεφάρων φάος ὄμμασιν, οὔας ἀοιδῇ.
Πάντοθεν ἀγρεύεις τλήμονας ἠϊθέους.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Τὸ ξίφος ἐκ κολεοῖο τί σύρεται; οὐ μὰ σὲ, κούρη,
Οὐχ ἵνα τὶ πρήξω Κύπριδος ἀλλότριον,
Ἀλλ' ἵνα σοὶ τὸν Ἄρηα, καὶ ἀζαλέον περ ἐόντα,
Δείξω τῇ μαλακῇ Κύπριδι πειθόμενον.
Οὗτος ἐμοὶ ποθέοντι συνέμπορος, οὐδὲ κατόπτρου
Δεύομαι, ἐν δ' αὐτῷ δέρκομαι αὐτὸν ἐγώ.
Καὶ καλὸς ὡς ἐν Ἔρωτι. σὺ δ' ἢν ἀπ' ἐμεῖο λυθείης,
Τὸ ξίφος ἡμετέρην δύσεται ἐς λαγόνα.

ΤΟΥ͂

Haec, oculi, vos poena manet justissima, per quos
  Nos tam difficili vexat ab igne labor.

LIX. Ejusdem.

Osculor Hippomenem, mens est obversa Leandro:
  Leandro quoties oscula blanda fero,
Effigiem Xanthi gero pectore: basia sumit
  Xanthus, ad absentem mens redit Hippomenem.
Quisquis adest, sordet: sed ad hunc & rursus ad illum
  Dum feror, amplexus me variare juvat,
Nummatamque sequi Venerem. cui displicet istud,
  Semper amans uni serviat illa viro.

LX. Macedonii, Consulis.

Ora lepor, frontem florum tibi circulus ornat,
  Ipsa oculos Cypri diva, manumque chelys.
Sic oculos oculis praedaris, cantibus aures:
  Et captat juvenes portio quaeque tui.

LXI. Ejusdem.

Vagina gladius cur exit? te tibi juro
  Non ego ut indignum Cypride quid faciam.
Sed tibi sic Martem, quamvis trux ille ferusque est,
  Ostendo Veneris mollia jussa pati.
Hic comes, hic usum speculi mihi praebet amanti
  Ensis: in hoc videor pulcher & ipse mihi,
Quantum sivit Amor. sed, si me deseris, ibit
  In nostrum mucro protinus iste latus.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Τῷ χρυσῷ τὸν Ἔρωτα μετέρχομαι. οὐ γὰρ ἀρότρῳ
 Ἔργα μελισσάων γίγνεται ἢ σκαπάνη,
Ἀλλ' ἔαρι δροσερῷ· μέλιτος γέ μεν Ἀφρογενείης
 Ὁ χρυσὸς τελέθει ποικίλος ἐργατίνης.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Κιχλίζεις, χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἱεῖσα·
 Ἡσυχά μοι νεύεις· πάντα μάτην ἐρέθεις.
Ὤμοσα τὴν δυσέρωτα κόρην, τρισὶν ὤμοσα πέτραις,
 Μήποτε μειλιχίοις ὄμμασιν εἰσιδέειν.
Παῖζε μόνη τὸ φίλημα· μάτην πόππυζε σεαυτῇ,
 Χείλεσι γυμνοτάτοις, οὔ τινι μιγνυμένοις.
Αὐτὰρ ἐγὼν ἑτέρην ὁδὸν ἔρχομαι· εἰσὶ γὰρ ἄλλαι
 Κρέσσονες εὐλέκτρου Κύπριδος ἐργάτιδες.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Παρμενὶς οὐκ ἔργῳ· τὸ μὲν οὔνομα καλὸν ἀκούσας,
 Ὠϊσάμην· σὺ δέ μοι πικροτέρη θανάτου.
Καὶ φεύγεις φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκεις,
 Ὄφρα πάλιν κεῖνον, καὶ φιλέοντα φύγῃς.
Κεντροπαγὲς δ' ἄγκιστρον ἔφυ στόμα, καί με δακόντα,
 Εὐθὺς ἔχει ῥοδέου χείλεος ἐκκρεμέα.

ἈΓΑΘΙ͂ΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ͂.

Πᾶσαν ἐγὼ τὴν νύκτα κινύρομαι· εὖτε δ' ἐπέλθῃ
 Ὄρθρος, ἐλινῦσαι μικρὰ χαριζόμενος,

Ἀμφι-

LXII. Ejusdem.

En auro captatur Amor mihi: non dare novit
  Incurvus vomer, non ligo mellis opus,
Sed ver rore madens. variis ſic artibus aurum
  Unum eſt quod Veneris dulcia mella colat.

LXIII. Ejusdem.

Laſcivum ridens Veneri proludis, adhinnis:
  Annuis, annictas: omnia vana moves.
Juravi manibus capiens tria ſaxa, procacem
  Luminibus placidis nec ſemel adſpicere.
Lude tibi, teque ipſa tuo poppysmate lacta,
  Nemo tegat labris dum tua labra ſuis.
Altera nunc ineunda mihi via: te meliores
  Sunt aliae, facilis Cypridis artifices.

LXIV. Ejusdem.

Parmenis es non re. verum te nomen habere
  Credideram: ſed tu plus nece dura mihi.
Si quis amat, fugis hunc, & amas qui te fugit, ut ſi
  Hic te rurſus amet, rurſus & hunc fugias.
Hamus ſed furians, os eſt tibi. morſus ab illo
  Attamen a labris pendeo purpureis.

LXV. Agathiae, Oratoris.

Nocte queror tota: ſimul ac caput extulit Eos,
  Et refici modico membra ſopore dedit,

Un-

Ἀμφιπεριτρύζουσι χελιδόνες, ἐς δέ με δάκρυ
Βάλλουσι, γλυκερὸν κῶμα παρωσάμεναι.
Ὦ φθονεραὶ παύσασθε λαλητρίδες· οὐ γὰρ ἔγωγε
Τὴν Φιλομηλείην γλῶσσαν ἀπεθρισάμην.
Ἀλλ' Ἴτυλον κλαίοιτε κατ' οὔρεα, καὶ γοάοιτε
Εἰς ἔποπος κραναὴν αὖλιν ἐφεζόμεναι·
Βαιὸν ἵνα κνώσσοιμεν. ἴσως δέ τις ἥξει ὄνειρος,
Ὅς με Ῥοδανθείαις πήχεσιν ἀμφιβάλοι.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Σώζεο, σοὶ μέλλων ἐνέπειν, παλίνορσον ἰωὴν
Ἄψ ἀνασειράζω, καὶ πάλιν ἄγχι μένω.
Σὴν γὰρ ἐγὼ δασπλῆτα διάστασιν, οἷά τε πικρὴν
Νύκτα καταπτήσσω τὴν Ἀχεροντιάδα.
Ἤματι γὰρ σέο φέγγος ὁμοῖϊον. ἀλλὰ τὸ μέν που
Ἄφθογγον· σὺ δέ μοι καὶ τὸ λάλημα φέρεις·
Κεῖνο, τὸ Σειρήνων γλυκερώτερον, ᾧ ἔπι πᾶσαι
Εἰσὶν ἐμῆς ψυχῆς ἐλπίδες ἐκκρεμέες.

ἈΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰμὶ μὲν οὐ φιλόοινος· ὅταν δ' ἐθέλῃς με μεθύσαι,
Πρῶτα σὺ γευομένη πρόσφερε, καὶ δέχομαι.
Εἰ γὰρ ἐπιψαύσεις τοῖς χείλεσιν, οὐκέτι νήφειν
Εὐμαρὲς, οὐδὲ φυγεῖν τὸν γλυκὺν οἰνοχόον.
Πορθμεύει γὰρ ἔμοι γε κύλιξ παρὰ σοῦ τὸ φίλημα,
Καί μοι ἀπαγγέλλει τὴν χάριν, ἣν ἔλαβεν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μήποτε λύχνε μύκητα φέροις, μηδ' ὄμβρον ἐγείροις,
Μὴ τὸν ἐμὸν παύσῃς νυμφίον ἐρχόμενον.

Αἰεὶ

Undique hirundinibus properis circumfonor: illae
  Ad lachrymas fomno me fugiente vocant.
Garrula parce loqui, parce invida: non Philomelae
  Eſt quondam manibus lingua reſecta meis.
Ite, per umbroſos Itylum plorate receſſus,
  Per quae vaſta ferus culmina ſervat epops.
Ut paullum dormire ſinas: mihi forte Rhodanthes
  Amplexus ſomni mollis imago dabit.

LXVI. Pauli Silentiarii.

Jam tibi, vita, vale cupiebam dicere: victus
  Sed revoco vocem ſuſtineoque gradum.
Non adeo nigri nox formidatur Averni,
  Quam mihi diſſidium res metuenda tuum eſt.
Clara, dies veluti, lux eſt tua. ſed caret omni
  Voce dies: a te blanda loquela venit:
Cui neque Sirenum valeant contendere cantus,
  Unde eſt ſpes animae pendula tota meae.

LXVII. Agathiae, Oratoris.

Non ſum vinoſus. ſi vis tamen ebrius ut ſim,
  Da mihi, ſed labris pocula tacta tuis.
Hoc tu ſi facias, non poſſum ſobrius eſſe,
  Nec fugere eſt adeo dulce miniſterium.
Namque accepta mihi de te fert baſia, quaeque
  Gaudia decerpſit, nuntiat iſte calix.

LXVIII. Ejusdem.

Ne tibi concreſcant pluviae praeſagia fungi,
  It meus huc: noli ferre, lucerna, moram.

Αἰεὶ σὺ φθονέεις τῇ Κύπριδι· καὶ γὰρ ὅτ' Ἡρὼ
  Ἥρμοσε Λειάνδρῳ ... θυμὲ, τὸ λοιπὸν ἔα.
Ἡφαίστου τελέθεις, καὶ πείθομαι, ὅττι χαλέπτων
  Κύπριδι, θωπεύεις δεσποτικὴν ὀδύνην.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

α. Τί στενάχεις; β. φιλέω. α. τίνα; β. πάρθενον. α. ἦρά γε καλήν;
  β. Καλὴν ἡμετέροις ὄμμασι φαινομένην.
α. Ποῦ δέ μιν εἰσενόησας; β. ἐκεῖ ποτὶ δεῖπνον ἐπελθὼν
  Ξυνῇ κεκλιμένην ἔδρακον ἐν στιβάδι.
α. Ἐλπίζεις δὲ τυχεῖν; β. ναὶ, ναὶ, φίλος. ἀμφαδίην δὲ
  Οὐ ζητῶ φιλίην, ἀλλ' ὑποκλεπτομένην.
α. Τὸν νόμιμον μᾶλλον φεύγεις γάμον; β. ἀτρεκὲς ἔγνων
  Ὅττι γε τῶν κτεάνων πουλὺ τὸ λειπόμενον.
α. Ἔγνως. οὐ φιλέεις, ἐψεύσαο. πῶς δύναται γὰρ
  Ψυχὴ ἐρωμανέειν ὀρθὰ λογιζομένη;

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Δισσῶν θηλυτέρων μοῦνός ποτε μέσσος ἐκείμην,
  Τῆς μὲν ἐφιμείρων, τῇ δὲ χαριζόμενος.
Εἷλκε δέ μ' ἡ φιλέουσα· πάλιν δ' ἐγὼ, οἷά τέ τις φὼρ,
  Χείλεϊ φειδομένῳ τὴν ἑτέρην ἐφίλουν,
Ζῆλον ὑποκλέπτων τῆς γείτονος, ἧς τὸν ἔλεγχον
  Καὶ τὰς λυσιπόθους ἔτρεμον ἀγγελίας.
Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπον, ἐμοὶ τάχα καὶ τὸ φιλεῖσθαι,
  Ὡς τὸ φιλεῖν χαλεπὸν, δισσὰ κολαζομένῳ.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ἡ πάρος ἀγλαΐῃσι μετάρσιος, ἡ πλοκαμῖδας
  Σειομένη πλεκτὰς, καὶ σοβαρευομένη,

Ἡ μὲν

Laedere amas Venerem: nam cum condixerat Ero
  Leandro: sed cor caetera parce loqui.
Mulcibero servis: dominique ita credo dolori
  In Paphiam studium gratificare tuum.

LXIX. Ejusdem.

Quid gemitus ita ducis? amo. quae causa? puella.
  Pulchrane? certe oculis pulchra ea visa meis.
Dic ubi novisti? genialis tempore coenae,
  Communes premeret cum mihi juncta toros.
Spesne frui? spes est: sed ne bone fallere, cordi
  Est mihi furtivus non manifestus amor.
Legitimasne fugis taedas? bona scilicet ejus
  Scivi divitiis esse minora meis.
Scisti? non es amans. mendax deprendere. nam non
  Ille amor est, uti qui ratione potest.

LXX. Ejusdem.

Binarum medius nuper cum forte jacerem,
  Nempe favens votis illius, hanc & amans.
Illa procax dum me sua ducat ad oscula, furtim
  Alterius labris oscula parca dabam,
Zelotypas fugiens vicinae virginis iras,
  Indicio ne nos proderet illa suo.
Ingemui, dixique: duplex mihi poena parata est,
  Et quod amo, pariter sum miser, & quod amor.

LXXI. Ejusdem.

Illa placens immane sibi, formaeque superba
  Laudibus & plexis luxuriata comis:

Ἡ μεγαλαυχήσασα καθ' ἡμετέρης μελεδώνης,
Χεῖρας ἐριχνώθη, τὴν πρὶν ἀφῆκε χάριν.
Μαζὸς ὑπεκλίνθη, πέσον ὀφρύες, ὄμμα τέτηκται,
Χείλεα βαμβαίνει φθέγματι γηραλέῳ.
Τὴν πολιὴν καλέω Νέμεσιν πόθου, ὅττι δικάζει
Ἔννομα, ταῖς σοβαραῖς θᾶσσον ἐπερχομένη.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Αὐτή μοι Κυθέρεια καὶ ἱμερόεντες Ἔρωτες
Τήξουσιν κενεὴν ἀχθόμενοι κραδίην,
Ἄρσενας εἰ στέρξω φιλέειν ποτέ· μήτε τυχήσω,
Μήτ' ἐπολισθήσω μείζοσιν ἀμπλακίαις.
Ἄρκια θηλυτέρων ἀλιτήματα, κεῖνα κομίσσω·
Καλλείψω δὲ νέους ἄφρονι Πιτταλάκῳ.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ἦ ῥά γε καὶ σὺ Φίλιννα φέρεις πόθον; ἦ ῥὰ καὶ αὐτὴ
Κάμνεις, αὐαλέοις ὄμμασι τηκομένη;
Ἢ σὺ μὲν ὕπνον ἔχεις γλυκερώτατον, ἡμετέρης δὲ
Φροντίδος οὔτε λόγος γίγνεται, οὔτ' ἀριθμός;
Εὑρήσεις τὰ ὅμοια, τὴν δ', ἀμέγαρτε, παρειὴν
Ἀθρήσω θαμινοῖς δάκρυσι τεγγομένην.
Κύπρις γὰρ τὰ μὲν ἄλλα, παλίγκοτος· ἓν δέ τι καλὸν
Ἔλλαχεν, ἐχθαίρει τὰς σοβαρευομένας.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ἡ ῥαδινὴ Μελίτη, ταναοῦ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
Τὴν ἀπὸ τῆς ἥβης οὐκ ἀπέθηκε χάριν.
Ἀλλ' ἔτι μαρμαίρουσι παρηΐδες, ὄμμα δὲ θέλγον
Οὐ λάθε· τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη.

Mi-

Illa ferox noſtras curas illudere, florem
  Perdidit, & rugis pallet arata manus.
Frontis honor cecidit, ſubſidunt ubera, marcent
  Lumina, dant tremulos arida labra ſonos.
Canities vindex eſt numen amoribus: aequum
  Judicat, & tumidis ocior illa venit.

LXXII. Ejusdem.

Ipſa Venus Veneremque chorus comitatus Amorum
  Irati perdant cor mihi tabe mala,
Si meus in pueros it amor: nec perfruar umquam,
  Nec mihi ſim tanti conſcius ipſe mali.
Culpa ſit in teneris mea peccaviſſe puellis:
  Pittalacus pueros ſtultus habeto ſibi.

LXXIII. Ejusdem.

Tene etiam jam cepit amor, ſaevique doloris
  Sedit edax oculis flamma, Philinna, tuis.
An potius dormis jam ſuavius, & tibi curae
  Nulla eſt in toto pectore cura meae?
* * * * * * * *
* * * * * * * *
* * * * * * * *
* * * * * * * *

LXXIV. Ejusdem.

Mollis init Melite ſenii jam limina: primae
  Nec tamen aetatis perdidit illa decus.
Quamquam etenim multosdigitis jam computat annos,
  Illecebra eſt oculis ſalva nitorque genis.

Μίμνει καὶ τὸ φρύαγμα τὸ παιδικόν. ἐνθάδε δ' ἔγνων
"Οττι φύσιν κνάπτειν ὁ χρόνος οὐ δύναται.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Σπεύδων εἰ φιλέει με μαθεῖν εὐῶπις Ἐρευθώ,
Πείραζον κραδίην πλάσματι κερδαλέῳ.
Βήσομαι ἐς ξείνην τιν', ἔφην, χθόνα. μίμνε δὲ κούρη,
Λέξω, ἡμετέρου μνῆστιν ἔχουσα πόθου.
Ἡ δὲ μέγα στονάχησε, καὶ ἥλατο, καὶ τὸ πρόσωπον
Πλῆξε, καὶ εὐπλέκτου βότρυν ἔρηξε κόμης.
Καί με μένειν ἱκέτευεν. ἐγὼ δέ τις ὡς βραδυπειθὴς,
"Ομματι θρυπτομένῳ συγκατένευσα μένειν.
"Ολβιος ἐς πόθον εἰμί· τὸ γὰρ μενέαινον ἀνύσσαι
Πάντων, εἰς μεγάλην τοῦτο δέδωκα χάριν.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

πέραν τῆς πόλεως διάγοντος διὰ τὰ λύσιμα
τῶν νόμων· ὑπομνηστικὸν πρὸς
ΠΑΥ͂ΛΟΝ ΣΙΛΕΝΤΙΑ΄ΡΙΟΝ.

Ἐνθάδε μὲν χλοάουσα τεθηλότι βῶλος ὀράμνῳ,
Φυλλάδος εὐκάρπου πᾶσαν ἔδειξε χάριν·
Ἐνθάδε δὲ κλάζουσιν ὑπὸ σκιεραῖς κυπαρίσσοις
"Ορνιθες δροσερῶν μητέρες ὀρταλίχων.
Καὶ λιγυρὸν βομβεῦσιν ἀκανθίδες. ἡ δ' ὀλολυγὼν
Τρύζει, τρηχαλέαις ἐνδιάγουσα βάτοις.
Ἀλλὰ τί μοι τῶν ἦδος; ἐπεὶ σέο μῦθον ἀκούειν
"Ηθελον, ἢ κιθάρης κρούματα Δηλιάδος;
Καὶ μοὶ δισσὸς ἔρως περικίδναται. εἰσοράαν γὰρ
Καὶ σὲ, μάκαρ, ποθέω, καὶ γλυκερὴν Δάμαλιν,
Ἧς με περισμύχουσι μεληδόνες· ἀλλά με θεσμοὶ
Εἴργουσιν ῥαδινῆς τηλόθι Δορκαλίδος.

Ipsa puellaris manet illa ferocia: tempus
Vincere naturam non quit, ut hic video.

LXXV. Ejusdem.

Esset amansne mei formae praestantis Ereutho,
Hunc reperi, possem certus ut esse, dolum.
Externas abeo, dixi, longinquus ad oras;
Tu tamen o nostri vive puella memor.
Subsiliens gemitum dedit & sibi conscidit ora,
Et cirrum rapuit de rutilante coma:
Et rogat ut maneam: passus me multa rogari
Vix oculis solis signa cupita dedi.
Fortunatus amans ego sum: pro munere magno
Expensum, volui sponte quod ipse, tuli.

LXXVI. Ejusdem,

cum e regione urbis ageret, ut de jure responderet,
ad Paulum Silentiarium,
carmen, quo sui memoriam ei resuscitat.

Hic patulos fundens viridi de cespite ramos,
Frondibus innumeris luxuriatur humus:
Inter & aërias clangit sublime cupressus
Observans pullos candida mater avis.
Hic matutinis acredula vocibus instat:
Quodque rubis tenerum stridat, acanthis habet.
Sed quid in his mihi dulce, tuas audire loquelas
Qui cupiam, prae quam pulsat Apollo chelyn?
Nunc desiderii duplex mihi causa, videre
Optime dum flagro te, Damalimque meam;
Quae mihi cor urit, sed legum nunc labor arcet
Me procul a tenero corpore Dorcalidis.

LXXVII.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ,

ἀντιγραφὰ εἰς αὐτό.

Θεσμὸν ἔρως οὐκ οἶδε βιημάχος, οὐδέ τις ἄλλη
Ἀνέρα νοσφίζει πρῆξις ἐρωμανίης.
Εἰ δέ σε θεσμοπόλοιο μεληδόνος ἔργον ἐρύκει,
Οὐκ ἄρα σοὶ στέρνοις λάβρος ἔνεστιν ἔρως.
Ποῖος ἔρως, ὅτε βαιὸς ἁλὸς πόρος οἶδε μερίζειν
Σὸν χρέα, παρθενικῆς τηλόθεν ὑμετέρης;
Νηχόμενος Λείανδρος, ὅσον κράτος ἐστὶν ἐρώτων,
Δείκνυεν, ἐννυχίου κύματος οὐκ ἀλέγων.
Σοὶ δὲ, φίλος, παρέασι καὶ ὁλκάδες· ἀλλὰ θαμίζεις
Μᾶλλον Ἀθηναίῃ, Κύπριν ἀπωσάμενος.
Θεσμοὺς Παλλὰς ἔχει, Παφίη πόθον· εἰπὲ, τίς ἀνὴρ
Εἰν ἑνὶ θητεύσει Παλλάδι καὶ Παφίῃ;

ἈΓΑΘΙΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἠϊθέοις οὐκ ἔστι τόσος πόνος, ὁππόσος ἡμῖν
Ταῖς ἀταλοψύχοις ἔχραε θηλυτέραις.
Τοῖς μὲν γὰρ παρέασιν ὁμήλικες, οἷς τὰ μερίμνης
Ἄλγεα μυθεῦνται φθέγματι θαρσαλέῳ,
Παίγνιά τ' ἀμφιέπουσι παρήγορα, καὶ κατ' ἀγυιὰς
Πλάζονται, γραφίδων χρώμασι ῥεμβόμενοι.
Ἡμῖν δ' οὐδὲ φάος λεύσσειν θέμις, ἀλλὰ μελάθροις
Κρυπτόμεθα, ζοφεραῖς φροντίσι τηκόμεναι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μηδὲν ἄγαν, σοφὸς εἶπεν· ἐγὼ δέ τις ὡς ἐπέραστος,
Ὡς καλὸς, ἠέρθην ταῖς μεγαλοφροσύναις,
Καὶ ψυχὴν δοκέεσκον ὅλην ἐπὶ χερσὶν ἐμεῖο
Κεῖσθαι τῆς κούρης, τῆς τάχα κερδαλέης.

Ἡ δ'

LXXVII. Pauli Silentiarii
Responsum.

Jus nescit violentus amor. divellere ab illo
  Officii ratio non valet ulla virum.
At te si possunt retinere negotia legum,
  Jam tua vix modicus pectora tentat amor.
Ecquis namque amor est, si te prohibere puellae
  Sufficit aspectu tam brevis unda freti?
Monstrat Abydenus, quae vis in amore, natator,
  Quem nocturna nihil terruit ira maris.
At tibi sunt naves etiam. Sed in arte Minervae
  Totus es. haec Veneri non sinit esse locum.
Cum Venus affectus habeat, Tritonia leges,
  Quis, precor, huic pariter serviat & Veneri?

LXXVIII. Agathiae, Oratoris.

Non tanti juvenum divexant corda labores,
  Heu quanti miseras nos muliebre genus.
Sunt illis aequaeva cohors, quorum audet in aures
  Libera vox curas exonerare suas;
Sunt varii lusus: & nunc per compita cursant,
  Nunc animos ad se picta tabella vocat.
Nobis nec lucem fas cernere: condimur intra
  Claustra domus, tabes nos ubi caeca vorat.

LXXIX. Ejusdem.

Est dictum sapiens, ne quid nimis: ast ego tamquam
  Digna puellarum cura, superbus eram:
Inque meis animum manibus me rebar habere
  Virginis. ah quanto vafrior illa fuit.

Ἡ δ' ὑπερηέρθη, σοβαρὴν δ' ὑπερέσχεθεν ὀφρὺν,
  Ὥσπερ τοῖς προτέροις ἤθεσι μεμφομένη.
Καὶ νῦν ὁ βλοσυρωπὸς, ὁ χάλκεος, ὁ βραδυπειθὴς,
  Ὁ πρὶν ἀερσιπότης, ἤριπεν ἐξαπίνης.
Πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο· πεσὼν δ' ἐπὶ γούνασι κούρης,
  Ἴαχον, ἱλήκοις, ἤλιτεν ἡ νεότης.

ΤΟΥ͂ ΑΥ'ΤΟΥ͂.

Ὡς εἶδον Μελίτην, ὠχρός μ' ἕλε· καὶ γὰρ ἀκοίτης
  Κείνῃ ἐφωμάρτει. τοιάδ' ἔλεξα τρέμων.
Τοῦ σοῦ ἀνακροῦσαι δύναμαι πυλεῶνος ὀχῆας,
  Δικλίδος ἡμετέρης τὴν βάλανον χαλάσας,
Καὶ δισσῶν προθύρων πλαδαρὴν κρηπῖδα περῆσαι,
  Ἄκρον ἐπιβλῆτος μεσσόθι πηξάμενος.
Ἡ δὲ λέγει γελάσασα, καὶ ἀνέρα λοξὸν ἰδοῦσα.
  Τῶν προθύρων ἀπέχου, μὴ κεφαλὴν ὀλέσεις.

ΤΟΥ͂ ΑΥ'ΤΟΥ͂.

Ποίην τὶς πρὸς ἔρωτας ἴοι τρίβον; ἐν μὲν ἀγυιαῖς
  Μαχλάδος οἰμώξεις χρυσομανῆ σπατάλην·
Εἰ δ' ἐπὶ παρθενικῆς πελάσεις λέχος, ἐς γάμον ἥξεις
  Ἔννομον, ἢ ποινὰς τὰς περὶ τῶν Φθορέων.
Κουριδίαις δὲ γυναιξὶν ἀτερπέα Κύπριν ἐγείρειν
  Τίς κεν ὑποτλαίη, πρὸς χρέος ἑλκόμενος;
Μοίχια λέκτρα κάκιστα, καὶ ἔκτοθεν εἰσὶν ἐρώτων·
  Ὧν μέτα παιδομανὴς κείσθω ἀλιτροσύνη.
Χήρη δ', ἡ μὲν ἄκοσμος ἔχει πάνδημον ἐραστὴν,
  Καὶ πάντα φρονέει δήνεα μαχλοσύνης·
Ἡ δὲ σαοφρονέουσα, μόλις φιλότητι μιγεῖσα,
  Δέχνυται ἀστόργου κέντρα παλιμβολίης,

Καὶ

Coepit enim vitae mores mutare prioris,
Elatoque ferox ire ſupercilio.
Et nunc ille ego trux, ille aereus, ille domari
Neſcius, ille tumens grande, repente cado.
Mutavere vices: genubusque allapſus amicae
Parce, precor, dixi, ſtulta juventa fuit.

LXXX. Ejusdem.

Pallidus aſpexi Meliten, comes illa Marito
Namque erat; & trepidus talia verba dedi:
Poſſum aperire ſeram, per quam tua janua clauſa eſt,
Eſt mihi qui peragat peſſulus iſtud opus,
Veſtibulique fores poſſum transire madentes,
In medias ſummus ſi mihi vectis eat.
Reddidit illa mihi, ſpectans obliqua maritum,
Ne caput amittas, tangere parce fores.

LXXXI. Ejusdem.

Quod quis amoris iter capiat? per compita magnum
Fiet onus meretrix luxurioſa tibi.
Quod ſi concubitus ineas cum virgine, juſtus
Jam torus, aut ſtupri poena parata tibi.
Quis tolerare poteſt noctes quas exigit uxor?
Res pertricoſa eſt debita jure Venus.
Turpis adulterii torus eſt, & amoribus expers:
In pueros ſceleris non ſine labe furor.
Si vidua eſt petulans, vulgo ſibi quaerit amantes;
Urticamque lupae, nec minus artis habet:
Si proba, vix primis Cythereae cognita furtis
Abſilit, & retro fert fugitiva pedem:

Καὶ στυγέει τὸ τελεσθὲν· ἔχουσα δὲ λείψανον αἰδοῦς
 Ἄψ ἐπὶ λυσιγάμους χάζεται ἀμβολίας.
Ἢν δὲ μιγῇς ἰδίῃ θεραπαινίδι, τλῆθι καὶ αὐτὸς
 Δοῦλος ἐναλλάγδην δμωΐδι γιγνόμενος.
Εἰ δὲ καὶ ὀθνείῃ, τότε σοι νόμος αἶσχος ἀνάψει,
 Ὕβριν ἀνιχνεύων σώματος ἀλλοτρίου.
Πάντ' ἄρα Διογένης ἔφυγεν τάδε· τὸν δ' Ὑμέναιον
 Ἤειδεν παλάμῃ, Λαΐδος οὐ χατέων.

ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ, ΡΕΦΕΡΕΝΔΑΡΙΟΥ.

Ὄμματα δινεύεις κρυφίων ἰνδάλματα πυρσῶν,
 Χείλεα δ' ἀκροβαφῆ λοξὰ παρεκτανύεις·
Καὶ πολὺ κιχλίζουσα σοβεῖς εὐβόστρυχον αἴγλην,
 Ἐκχυμένας δ' ὁρόω τὰς σοβαρὰς παλάμας.
Ἀλλ' οὐ σῆς κραδίης ὑψαύχενος ὤκλασεν ὄγκος·
 Οὔπω ἐθηλύνθης, οὐδὲ μαραινομένη.

ΠΑΛΛΑΔΑ.

Νῦν καταγιγνώσκω καὶ τοῦ Διὸς, ὡς ἀνεράστου,
 Μὴ μεταβαλλομένου τῆς σοβαρᾶς ἕνεκεν.
Οὔτε γὰρ Εὐρώπης, οὐ τῆς Δανάης περὶ κάλλος,
 Οὔθ' ἁπαλῆς Λήδης ἔστ' ἀπολειπομένη·
Εἰ μὴ τὰς πόρνας παραπέμπεται. οἶδα γὰρ αὐτὸν
 Τῶν βασιλευουσῶν παρθενικῶν φθορέα.

ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἄρσενας ἄλλος ἔχοι· φιλέειν δ' ἐγὼ οἶδα γυναῖκας,
 Ἐς χρονίην φιλίην οἷα φυλασσομένας.
Οὐ καλὸν ἡβητῆρες. ἀπεχθαίρω γὰρ ἐκείνην
 Τὴν τρίχα, τὴν φθονερὴν, τὴν ταχὺ φυομένην.

ΛΕΟ-

Quique animo superest factum damnante pudore
  Spargit diffidii femina prima moras.
Ancillariolus si sis, quaque ureris, illa
  Est tua; dic, servae quid nisi servus eris?
Sin aliena, probro te lex hoc nomine signat,
  Et dicit, juris non erat illa tui.
Fugit Diogenes haec omnia, pellice laeva,
  Qui sibi sat felix, Laide non eguit.

LXXXII. Irenari, Referendarii.

Lumina bina rotas flammae simulachra latentis:
  Labra sed obliquum quae trahis arte rubent.
Rides cirrigeros quatiens lascíva capillos:
  Sed fluit in laxa pelle superba manus.
Dura manes, animoque tumor discedere non vult:
  Marcida es, & nondum cor muliebre geris.

LXXXIII. Palladae.

Damno Jovem: malus est judex in amoribus: aut cur
  Egregiam non se mutat ob hanc faciem?
Quae teneram timeat nihil in certamine Ledam,
  Nec minor Europa, nec minor est Danaë.
Scorta nisi spernit: nam, si bene novimus illum,
  In regum natas illius hinnit amor.

LXXXIV. Eratosthenis, scholastici.

Sint aliis sua flamma mares: mihi femina cordi est,
  Durat & aetatem fert bene talis amor.
Tetrica res puber factus puer: invida flori
  Labitur, & celeres fert brevis hora pilos.

ΛΕΟΝΤΙΟΥ.

Ψαῦε μελισταγέων στομάτων, δέπας. εὗρες ἄμελγε.
Οὐ φθονέω· τὴν σὴν δ' ἤθελον αἶσαν ἔχειν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ,

ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Ἱμερτὴ Μαρίη μεγαλίζεται. ἀλλὰ μετέλθοις
Κείνης, πότνα Δίκη, κόμπον ἀγηνορίης.
Μὴ θανάτῳ, βασίλεια. τὸ δ' ἔμπαλιν, ἐς τρίχας ἥξοι
Γήραος, ἐς ῥυτίδων σκληρὸν ἵκοιτο ῥέθος.
Τίσειαν πολιαὶ τάδε δάκρυα. κάλλος ὑπόσχοι
Ψυχῆς ἀμπλακίην, αἴτιον ἀμπλακίης.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Neſcio: ſed quantus quantus ab igne flagro.

CXCV. *Aliud.*

Fidus amo, me ſi quis amet. quicumque laceſſit,
Inſequor. hoc novi, nec minus illud opus.

CXCVI. *Aliud.*

Cypri, meus ſit amor proprius mihi: ſi vagus erret,
Non mihi, communis qui ſit, amatur amor.

CXCVII. *Aliud.*

Quid turbatis aves ſtrepero me murmure, dum me
Virginis egregiae membra tepefaciunt,
Dauliades viridi ſuper arbore? ſin muliebre eſt
Multa loqui, jam vos nil veto, perficite.

"Αλλο.

Εἰ μισεῖν πόνος ἐςὶ, φιλεῖν πόνος, ἐκ δύο λοιπὸν
 Αἱροῦμαι, χρηςῆς ἕλκος ἔχειν ὀδύνης.

"Αλλο.

Πέντ' αἰτεῖς; δέκα δώσω· καὶ εἴκοσι δ' αὐτίκα ἕξεις.
 'Αρκεῖ σοι χρυσός; ἤρκεσε καὶ Δανάῃ.

"Αλλο.

Εἰ τοὺς ἐν πελάγει σώζεις, Κύπρι, κἀμὲ τὸν ἐν γᾷ
 Ναύηγον Φιλίης σῶσον ἀπολλύμενον.

ΡΟΥΦΙ'ΝΟΥ.

Μισῶ τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν·
 'Η μὲν γὰρ βραδέως, ἡ δὲ θέλει ταχέως.

"Αλλο.

"Ομματα μὲν χρύσεια, καὶ ὑαλόεσσα παρειὴ,
 Καὶ ςόμα πορφυρέης τερπνότερον κάλυκος·
Δειρὴ λυγδινέη, καὶ ςήθεα μαρμαίροντα,
 Καὶ πόδες ἀργυρέης λευκότεροι Θέτιδος.
Εἰ δέ τι καὶ πλοκάμοισι διαςίλβουσιν ἄκανθαι,
 Τῆς λευκῆς καλάμης οὐδὲν ἐπιςρέφομαι.

'ΑΡΧΙ'ΟΥ.

Φεύγειν δὴ τὸν "Ερωτα κενὸς πόνος. οὐ γὰρ ἀλύξω,
 Πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.

ΠΑΛ'

CXCVIII. *Aliud.*

Si dolor eſt odiſſe, dolor quoque amare, duobus
Ex his, qui bonus eſt, hic meus eſto dolor.

CXCIX. *Aliud.*

Quinque petis? bis quina dabo: mox bis tibi dena.
An ſatis hoc auri eſt? ſat foret & Danaae.

CC. *Aliud.*

Alma Venus ſervas ſi quos mare jactat, amoris
Naufragus in terris quin tibi ſervor ego.

CCI. Rufini.

Nec nimium ſimplex mihi ſit, nec caſta puella:
Haec nimium tarde nam dat, & illa cito.

CCII. *Aliud.*

Aureus eſt oculis decor, & gena proxima vitro,
Et rubor eſt ori qui ſolet eſſe roſis.
Pectus habet radios, & vincit marmora cervix,
Sunt, Thetidos quales vix reor eſſe, pedes.
Quod ſi per medios fundit ſe ſpina capillos,
Hac ego nil alba terreor a ſtipula.

CCIII. Archiae.

A Veneris puero nulla eſt fuga. quo miſer ibo,
Perpetuo pedꝫ item cum premat ales Amor?

ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μεν ἑκοῦσα φιλεῖς με,
 Δεξαμένη, τῆς σῆς παρθενίης μετάδος·
Εἰ δ' ἄρ' ὃ μὴ γίγνοιτο νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα,
 Σκέψαι τὴν ὥραν ὡς ὀλιγοχρόνιος.

'ΑΣΚΛΗΠΙΑ'ΔΟΥ.

Φείδῃ παρθενίης; καὶ τί πλέον; οὐ γὰρ ἐς Ἅδην
 Ἐλθοῦσ' εὑρήσεις τὸν φιλέοντα, κόρη.
Ἐν ζωοῖσι τὰ τερπνὰ τὰ Κύπριδος· ἐν δ' Ἀχέροντι
 Ὀστέα καὶ σποδιὴ, πάρθενε, κεισόμεθα.

Ἄλλο.

Πέμπω σοι μύρον ἡδὺ, μύρῳ παρέχων χάριν, οὐ σοί.
 Αὐτὴ γὰρ μυρίσαι καὶ τὸ μύρον δύνασαι.

'ΑΣΚΛΗΠΙΑ'ΔΟΥ.

Ἡδὺ θέρους διψῶντι χιὼν ποτόν· ἡδὺ δὲ ναύταις
 Ἐκ χειμῶνος ἰδεῖν εἰαρινὸν στέφανον.
Ἥδυ δὲ καὶ ὁπόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας
 Χλαῖνα, καὶ αἰνῆται Κύπρις ὑπ' ἀμφοτέρων.

Ἄλλο.

Ὄμφαξ οὐκ ἐπένευσας, ὃ τῇ σταφυλῇ παραπέμψω·
 Μὴ φθονέσῃς δοῦναι κἂν βραχὺ τῆς σταφίδος.

Ἄλλο.

Κούρη τίς μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς.
Νέκταρ ἔην τὸ φίλημα· τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει·
Καὶ μεθύω τὸ φίλημα, πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς.

Ἄλλο.

CCIV. Platonis.

En malo peto te. tu ſi me diligis, iſtud
  Accipe, daque tuae virginitatis opes.
Si tibi, quod nolim, mens altera, ſic quoque ſume,
  Quamque parum duret forma, vel inde vide.

CCV. Asclepiadae.

Eſſe intacta cupis. qua ſpe? moriere, nec ullus
  Tunc tibi de populo Ditis amator erit.
Dulce Venus, ſed enim vivis: Acheronte ſub imo
  Oſſa erimus tantum, virgo, levisque cinis.

CCVI. *Aliud.*

Quod tibi ſuavis odor datur, hoc praeſtatur odori,
  Non tibi: plus de te ſumet odoris odor.

CCVII. Asclepiadae.

Dulce nivem bibere eſt calido ſub ſidere: nautis
  Poſt hyemem vernas dulce videre roſas.
Sed nil dulcius eſt, quam cum duo veſtis amantes,
  Laudantes pariter te, Venus, una tegit.

CCVIII. *Aliud.*

Abnueras mihi cruda, ſed & maturior uva;
  De paſſa ſaltem nunc cedo, quaeſo, parum.

CCIX. *Aliud.*

Uda mihi labiis dedit oſcula veſpere virgo:
Oſcula nectar erant, ſpirabant nectare labra:
Ebrius hinc ego ſum, multo perfuſus amore.

Ἄλλο.

Ἠράσθην, ἐφίλουν, ἔτυχον, κατέπραξ', ἀγαπῶμαι·
Τίς δὲ, καὶ ἧς, καὶ πῶς; ἡ Θεὸς οἶδε μόνη.

ΣΩΣΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Ἐκμαίνει χείλη με ῥοδόχροα, ποικιλόμυθα,
Ψυχοτακῆ, στόματος νεκταρέου πρόθυρα,
Καὶ γλῆναι λασίῃσιν ὑπ' ὀφρύσιν ἀστράπτουσαι,
Σπλάγχνων ἡμετέρων δίκτυα καὶ παγίδες,
Καὶ μαζοὶ γλαγόεντες, ἔυζυγες, ἱμερόεντες,
Εὐφυέες, πάσης τερπνότεροι κάλυκος.
Ἀλλὰ τί μηνύω κυσὶν ὀστέα; μάρτυρές εἰσι
Τῆς ἀθυροστομίης οἱ Μίδεοι κάλαμοι.

Τέλος τοῦ ἑβδόμου τμήματος τῆς Ἀνθολογίας διαφόρων Ἐπιγραμμάτων.



MAN-

CCX. *Aliud.*

Exarsi, petii, tenui, successit, amat me.
  Quis, quae, quove modo? scit Dea sola Venus.

CCXI. Sosipatri.

Me furiant, animumque liquant arguta labella,
  Oris nectarei limina picta rosis:
Quique superciliis rutili cohibentur ocelli,
  Subdola visceribus retia tensa meis.
Lacteolaeque pares tumidae, res blanda, papillae,
  Major purpureis queis decor est foliis.
Sed quid nos canibus juvat ossa ostendere? quam nil
  Celatum maneat, testis arundo Midae.

Explicit Liber Septimus.



MAN-

MANTISSA VETUS.

ΕΥ'ΚΛΕΊΔΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΙΚΟ'Ν.

Ἡμίονος καὶ ὄνος φορέουσαι οἶνον ἔβαινον.
Αὐτὰρ ὄνος στενάχιζεν ἐπ' ἄχθεϊ φόρτου ἑοῖο·
Τὴν δὲ βαρυστενάχουσαν ἰδοῦσ' ἐρέεινεν ἐκείνη.
Μῆτερ, τί κλαίουσ' ὀλοφύρεαι, ἠύτε κούρη;
Εἰ μέτρον ἕν μοι δοίης, διπλάσιον σέθεν ἦρα·
Εἰ δὲ ἓν ἀντιλάβοις, πάντως ἰσότητα φυλάξεις.
Εἰπὲ τὸ μέτρον ἄριστε Γεωμετρίης ἐπίϊστορ.

Εἰς τοὺς ἑπτὰ Πλανήτας, καὶ τὰς ἐν ἡμῖν δυνάμεις, καὶ πάθη.

Ἑπτὰ πολυπλανέες κατ' Ὀλύμπιον ἀστέρες οὐδὸν
Εἰλεῦνται, καὶ τοῖσιν ἀεὶ κανονίζεται αἰὼν,
Νυκτιφαὴς Μήνη, στυγνὸς Κρόνος, Ἥλιος ἡδὺς,
Παστοφόρος Παφίη, θρασὺς Ἄρης, εὔπτερος Ἑρμῆς,
Καὶ Ζεὺς ἀρχιγένεθλος, ἀφ' οὗ φύσις ἐβλάστησεν.
Οἱ δ' αὐτοὶ μερόπων ἐλάουσι γένος. ἔστι δ' ἐν ὑμῖν,
Μήνη, Ζεὺς, Ἄρης, Παφίη, Κρόνος, Ἥλιος, Ἑρμῆς.
Οὕνεκ' ἀπ' αἰθερίου μεμερίσμεθα πνεύματος ἕλκειν
Δάκρυ, γέλωτα, χολὴν, γένεσιν, λόγον, ὕπνον, ὄρεξιν.
Δάκρυ μέν ἐστι Κρόνος. Ζεὺς δὴ, γένεσις· λόγος, Ἑρμῆς·
Θυμὸς, Ἄρης· Μήνη δ' ἄρ', ὕπνος· Κυθέρεια δ', ὄρεξις·
Ἠέλιος δὲ, γέλως. τούτῳ γὰρ ἅπασα δικαίως
Καὶ θνητὴ διάνοια γελᾷ, καὶ κόσμος ἀπείρων.

Εἰς

MANTISSA VETUS.

I. Euclidae Geometricum.

Mula & asella via consortes vina ferebant:
Pondere pressa suo cum suspiraret asella,
Moerentem blandis interrogat altera verbis:
Mater quid tenerae ploras ita more puellae?
Ipsa duplum portabo, cadum mihi si dabis unum:
Unum si reddam tibi, jam servabitur aequum.
Tu mihi dic quantum tulerint in pulvere mensor.

II. *De septem errantibus stellis, earumque vi & affectibus.*

Orbis in aetherii texto septena vagantur
Sidera, queis longum pariter convolvitur aevum:
Saturni sidus grave, Solis dulce, Dianae
Noctivagum, Veneris fax pronuba, Mars Deus audax,
Mercurius volucer, nascendi Jupiter auctor.
Divisere homines stellae quoque, ut omnibus insint
Saturnus, Sol, Luna, Venus, Mars, Juppiter, Arcas.
Aetherio nobis namque haec a semine manant
Ortus, vox, lachrymae, risus, sopor, ira, cupido.
Saturnus lachrymae: Mars ira: Diespiter ortus:
Mercurius vox: Luna sopor: Cythereia cupido:
Sol risus: nam sole simul mortalia secla,
Omnis & immensi laetatur machina mundi.

ΕἸΣ ΤΟ`Ν ΠΤΟΛΕΜΑ͂ΙΟΝ.

Γαίης ἐν νώτοισιν ὀχούμενος, ὦ Πτολεμαῖε,
Καὶ βροτέης φύσιος δεσμούμενος ἔνδοθι τεθμῶν,
Οὐχ ἄστρων δὴ μοῦνον ἀειδίνητον ἀνάγκην,
Οὐδὲ πόλοιο φορὰν σὺ διέγνως ἀστατέουσαν,
Ἀλλὰ καὶ αὐτά περ ὅττι τέλει σημήϊα φαίνεις.
Τοὔνεκα δὴ χρειὼ καλέειν σέ τιν' οὐρανιώνων,
Αἰθέριόν τε νόον φορέειν, οὐ γήϊον ἔμπης.
Εἰ γὰρ καὶ μερόπεσσι χαμερπέσι συμβιότευσας,
Καὶ φύσιος θνητῶν περ ἀλυκτοπέδῃσιν ἐδεσμοῦ,
Ἀλλὰ νόον παθέων ἐν τοῖσι πόνοισι κάθηρας.
Ἔξω σαρκὸς ἔβης δὲ καὶ ἀχλύος ἰλυοέσσης,
Καὶ τελέσεις προέειπας ἐσύστερα τέρμα λαχούσας.

Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου, περὶ σεισμῶν ἐν ἄλλῳ, Ὀρφέως.

Φράζεο δὴ καὶ τόνδε λόγον, τέκος, ὁππότε κεν δὴ
Γαῖαν κινήσῃ σεισίχθων Κυανοχαίτης,
Ὅττι βροτοῖς ἐπί τ' εὐτυχίην κακότητά τε φράζει.

Ἥλιος, ἐν Κριῷ.

Ὁππόταν εἰαρινὴν ἐπ' ἰσημερίην ἀφίκηται
Ἠέλιος, κριὸν δὲ διεκτρέχῃ, ἐν δ' ἄρα τῷδε
Γαῖαν νυκτερινὸς Γαιηόχος ἀμφελελίξῃ,
Σῆμα τόδ' ἐστὶ πόληος ἀπόστασις οὐκ ἀλαπαδνή.
Εἰ δέ κεν ἠμερινὸς, φράζει τόδε λυγρὰ καὶ ἄτας
Πήματος ὁρμήσαντος ἐπ' ἀλλοδαποὺς ἀνθρώπους
Ἔσσεσθαι, σφετέραις ἐπὶ πημοσύναις ἰδὲ λύπαις.

Ἥλιος,

III. De Ptolemaeo.

Dum veheris dorſo terrae, Ptolemaee, parentis,
Et te naturae mortalis vincla coercent,
Non modo perpetuos obeunt quos ſidera curſus,
Et numquam ſtantis diducti foedera mundi,
Sed quid fata parent praenuntia ſigna dediſti:
Propterea e ſuperis unum te dicere fas eſt,
Nec tibi de terris ortam, ſed ab aethere mentem.
Quamquam etenim miſeros mortales inter agebas,
Caſibus expoſita membrorum lege ligatus,
At mentem vitiis tibi purgavere labores;
Materiaeque ſuper tenebras & corpus iiſti,
Omnia praedicens quae mox ventura trahuntur.

IV. *Mercurii Trismegiſti, aut, ut alii volunt, Orphei, de Terrae motibus.*

Hoc quoque diſce, puer, quocumque ex cardine coeli
Tellurem quatiat regnator caerulus undae,
Quae bona, quas contra clades hoc omine ſignet.

Sol in Ariete.

Lucis ubi vernae tenebras aequaverit horis
Phryxëa ſol vectus ovi, ſi viſcera terrae
Tempore nocturno moveat dominator aquarum,
Hoc defecturam ſignum tibi nuntiat urbem:
Si lucente die, jam triſtia fata minatur
Gentibus externis: illas luctusque dolorque
Et metus & ſeries urgebit longa malorum.

Ἥλιος, ἐν Ταύρῳ.

Εἰ δ', ἀνὰ ταῦρον ἰόντος, ἐφορμήσει διὰ νύκτα
Σεισμὸς, πήματα μέν τε καταφθινύθουσιν ὀπίσσω,
Εὐφροσύνη δ' ἀνὰ ἄστυ καὶ εἰρήνη τεθαλυῖα·
Ἡμερινὸς δὲ φέρει πολέμου μεγάλοιο πόληϊ
Ἔργον ἐπερχομένου τοῖς κρείττοσιν. ἀλλὰ φυλάσσου.

Ἥλιος, ἐν Διδύμοις.

Εἰ δὲ κεν ἐν διδύμοις στρωφωμένου ἠελίοιο,
Νυκτερινὴ μῆνις ἐλελίζηται κατὰ γαῖαν,
[Σημαίνει ὅτι] δυσμενέες βροτοὶ ἐγχεσίχειρες
Ἡμετέρην πελάσουσιν ὑπ' ἄλγεα γαῖαν ἅπασαν.
Εἰ δὲ κεν ἡμερινὴ, τότε κεν βασιλῆες ἄτιμοι
Ἔσσοντ', ἡγεμόνες τε, Θεῶν διομηνίῃ ἐχθρῶν.

Ἥλιος, ἐν Καρκίνῳ.

Εἰ δ', ἀνὰ τὴν μοίρην τοῦ καρκίνου ἠελίοιο
Στείχοντος, τότε δὴ θερινὴ τροπὴ, ἔννυχος ἔσται
Γῆς ἔνοσις, τοῦτο φράζει κακότητα βαρεῖαν·
Ἀργαλέην πενίην ἀλλάξεμεν· ἡμερινὸς δὲ
Φράζει πῆμ' αὐτοῖς καὶ ἀπόστασιν ὠλεσίοικον.

Ἥλιος, ἐν Λέοντι.

Εἰ δὲ κεν, ἠελίοιο λέοντος μοῖραν ἰόντος,
Νύκτερος ὁρμηθῇ γαίης σάλος, αὐτίκα πένθη,
Κλαυθμοί τε, στοναχαί τε πόλιν καὶ λαὸν ἅπαντα
Ἕξουσ'· ἡμερινὸς δὲ φανεὶς καὶ ταῦτα πιφαύσκει.

Ἥλιος,

Sol in Tauro.

Portitor Europae solis cum possidet astrum,
Si sola nocte tremant, fugient exinde dolores,
Altaque pax urbem laetis in rebus habebit.
Si moveat se terra die, Mars horridus urbi
Imminet: ante alios vosmet servate potentes.

Sol in Geminis.

Si, cum Tyndaridum percurrit sidera Phoebus,
Ira Deûm quatiat nocturno tempore terram,
Ensibus armatus saevis exercitus hostis
Innumeras strages nostris in finibus edet:
Fiat idem si forte die, sine nomine reges,
Ignavique duces Superûm mittentur ab ira.

Sol in Cancro.

Si, cum solstitium est Lernaeque paludibus ortus
Solem cancer habet, dum coelum nocte tenetur,
Terra tremit, tristes monet impendere labores,
Pauperiemque sequi duram: si luce movetur,
Excidium domibus portat motumque rebellem.

Sol in Leone.

Sole Cleonaeum flammis urente leonem
Si se concutiat tellus nocturna, dolores
Planctusque & lachrymae populumque urbemque sequentur:
Exspectes eadem, tellus si luce vacillet.

"Ηλιος, ἐν Παρθένῳ.

Εἰ δέ κεν, ἠελίου σὺν παρθένῳ ἐρχομένοιο,
Ἑσπερινὸς σεισμὸς, λαοῖς τότε λιμὸς ἅπασιν
Ἔσσεται· ἡμερινὸς δὲ φανεὶς καρποὺς καταβλάψει.

"Ηλιος, ἐν Ζυγῷ.

Εἰ δ' ἂν ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερινὴν ἀφίκηται
Ἠέλιος, χηλαῖς διαφαίνων, νυκτερινὸς δὲ
Κινήσῃ, καρπῶν δηλοῖ φθόρον ἐξαναφύντων
Γαίης· ὥραις δ' ἡμεριναῖς, χαλεπῆς τόδε φράζει
Ἔργα μάχης· πολλοὺς δ' αὐτῶν κατὰ γαῖα καλύψει.

"Ηλιος, ἐν Σκορπίῳ.

Εἰ δέ κεν, ἠελίου τὸν σκορπίον ἀμφιθέοντος,
Νύκτερος ὁρμηθῇ γαίης σάλος, ἔργα μάταια
Ἀνδράσιν ἔσσονται, κακοφραδμοσύνῃσι νόοιο.
Ἡμερινὸς δὲ φανεὶς, τότε δὴ τότε ἄλγεα φράζει
Ἔσσεσθαι πολέεσσιν ἀπὸ πτολέμου κρυεροῖο,
Ἔργα ματαιότατα, Ζηνὸς μεγάλου διὰ βουλάς.

"Ηλιος, ἐν Τοξότῃ.

Εἰ δέ κεν, ἐν μοίρῃ τοῦ τοξότου ἠελίοιο
Στρωφῶντος, γαῖαν κινήσῃ Κυανοχαίτης
Νυκτερινὸς, σημεῖον ὀλέθριον ἔμμεναι ἀνδρῶν
Πολλῶν· ἡμερινὸς δὲ φανεὶς, πολέων βασιλῆϊ
Σημαίνει μεγάλην τιμὴν, καὶ σκῆπτρα λιπόντα
Ἄλλῃ ἐποίχεσθαι φεύγοντ' ἀπὸ πατρίδος αἴης.

"Ηλιος,

Sol in Virgine.

Si, dum Phoebeis radiis Aſtraea caleſcit,
Nocturnus fragor eſt, populis fert omnibus atram
Ille famem: fruges ſatis eſt laeſiſſe diurno.

Sol in Libra.

Cum noctes lucesque pares libra fecerit, & ſol
Ibit in autumnum, noctis ſi tempore tellus
Mugit, abortivis palleſcet frugibus annus:
Clara dies motum ſimilem ſi ſenſerit, adſunt
Praelia, funereis tellus aſſurget acervis.

Sol in Scorpio.

Dum ſolem retinet, quae te pede laeſit Orion,
Beſtia, nocturno trepidet ſi terra tumultu,
Coepta virûm ſtultis cernes vaneſcere curis:
Aut ſi luce tremat, jam luctus urbibus inſtant,
Horrendi quos ſaeva dabunt certamina Martis
Nequicquam ſuſcepta: ferunt ita fata Tonantis.

Sol in Sagittario.

Dum micat arcitenens Phoebeo lumine Chiron,
Si ſola cum trifida Neptunus moverit haſta,
Nox erit, exitium multis mortalibus adfert:
At, ſi lux fuerit, regi, qui praeſidet urbi,
Magnus honos primum: ſed mox ſua ſceptra relinquens
Ibit in externis victurus finibus exul.

Sol

Ἥλιος, ἐν Αἰγοκέρωτι.

Εἰ δέ κεν αἰγοκέρωτι, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο
Χειμεριναὶ ςείχοντος ἕδος χθονὸς, ἔννυχος ἐλθὼν
Σεισίχθων γαῖαν κινήσῃ πνεύματι λάβρῳ,
Φράζεο δὴ πόλεμον καὶ δάκρυα τοῖσι γενέσθαι,
Καὶ ςάσιν. ἠμερινὸς δὲ φανεὶς, καρποφθόρος ἔςαι.

Ἥλιος, ἐν Ὑδροχόῳ.

Εἰ δέ κεν ὑδροχόῳ διανείσσεται ἠελίοιο
Φέγγος, νυκτερίη δ' ἐλελιχθῇ γαῖα περιχθὼν,
Ἁρπαγαὶ ὠλεσίοικοι ἀνὰ πτόλιν εὐρυάγυιαν
Ἔσσονται, δήμου τε κακοφροσύναι τε καὶ ὕβρεις·
Εἰ δέ κεν ἠμερινὴ, δήμου κράτος ἔμπεδον ἔςαι.

Ἥλιος, ἐν Ἰχθύσιν.

Εἰ δ', ἀνὰ τοὺς Ἰχθῦς ςρωφωμένου ἠελίοιο,
Γῆς ἔνοσις γίνοιτο θοὴν διὰ νύκτα, τότ' ἔςαι
Πάσαις ἐν πολίεσσι περίςασις· εἰ δέ κεν ἠῷ
Γῆς κινηθείη πέδον ἱερὸν, αὐτίκα πάσαις
Εὐφόρβοισι βοῶν ἀγέλαις, οἴων τε καὶ ἄλλων
Τετραπόδων φθόρος ἔςαι ἀν' ἄςεα καὶ κατὰ χώρας.



MAN-

Sol in Capricorno.

Flexa per aequorei currat si cornua monstri,
Phoebus & hiberna, quae tum longissima, nocte est,
Rex pelagi valido quatiat spiramine terram,
Aspera seditio, lachrymaeque, & bella sequentur:
Praedicet peritura tremor fata laeta diurnus.

Sol in Aquario.

Trois ubi pueri sol illustraverit urnam,
Si concussa tremat nocturno murmure tellus,
Crudeles per tecta furent urbana rapinae,
Longa graves plebis dabit imprudentia poenas.
Si tremat illa die, firmas res vulgus habebit.

Sol in Piscibus.

At simul ardescent Syriae duo numina pisces
Solis equis, nocturna tremet si terra, per urbes
Ibit grande malum. quod si post lumen Eoum
Terrae se quatiat sedes sacra, maxima pestis
Bubus erit, pestem balans grex sentiet, & quod
Quadrupedum generis per rura vel oppida vivit.



MANTISSA SECUNDA

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ἙΛΛΗ΄ΝΩΝ ἩΡΩ΄ΩΝ.

Ποῦ ἕκαστος τῶν Ἑλλήνων Ἡρώων τέθαπται, καὶ τὶ ἐπιγέγραπται τῷ τάφῳ.

Ἐπὶ Ἀγαμέμνονος κειμένου ἐν Μυκήναις.

Λεύσσεις Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὦ ξένε, τύμβον,
  Ὅς θάν' ὑπ' Αἰγίσθου κ'οὐλομένης ἀλόχου.

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Μνῆμα τόδ' Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὅν ῥα κατέκτα
  Δῖα Κλυταιμνήστρη Τυνδαρὶς οὐχ ὁσίως.

Ἐπὶ Μενελάου.

Ὄλβιος ὦ Μενέλαε, σύ τ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως
  Ἐν μακάρων νήσοις, γαμβρὲ Διὸς μεγάλου.

Ἐπὶ Ἀχιλλέως κειμένου ἐν Τροίῃ, τιμωμένου δὲ καὶ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ.

Παῖδα Θεᾶς Θέτιδος Πηληϊάδην Ἀχιλῆα
  Ἧδ' ἱερὰ Προποντὶς ἀμφὶς ἔχει πεδίῳ.

MANTISSA SECUNDA
DE GRAECIS HEROIBUS,
ADJECTA
AB HENRICO STEPHANO.

Ubi quisque Graecorum Heroum sepultus sit:
& quid inscriptum sepulchro.

I. *De Agamemnone filio Mycenis.*

Atridae tumulum spectas Agamemnonis, hospes,
Uxor & Aegisthus quem necuere dolo.

II. *De eodem alterum.*

Atridae, qui nunc jacet hic, Agamemnoni vita est
Rapta Clytaemnestrae crimine Tyndaridos.

III. *De Menelao.*

Felix digne Jovis gener, o Menelae, beata
Expers tam senii quam necis arva tenes.

IV. *De Achille, qui in Troade jacet, Colitur vero & in Leuce insula.*

Cui pater est Peleus, Thetis est cui mater, Achillem
Hac sub humo clausum sacra Propontis obit.

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Θεσσαλὸς οὗτος ἀνὴρ Ἀχιλεὺς ἐν τῷδε τέθαπται
Τύμβῳ· ἐθρήνησαν δ' ἐννέα Πιερίδες.

Ἐπὶ Πατρόκλου κειμένου μετ' Ἀχιλλέως.

Πατρόκλου τάφος οὗτος, ὁμοῦ δ' Ἀχιλῆϊ τέθαπται,
Ὃν κτάνεν ὠκὺς Ἄρης Ἕκτορος ἐν παλάμαις.

Ἐπὶ Αἴαντος Τελαμωνίου, κειμένου ἐν Τροίῃ.

Ἁ δ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους,
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὕνεκ' Ἀχαιοῖς
Ἁ δολόφρων Ἀπάτα κρέσσον ἐμεῦ κέκριται.

Ἐπὶ Τεύκρου κειμένου ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου.

Ἰῶν ὠκυμόρων ταμίην Τελαμώνιον ἥδε
Τεῦκρον ἀποφθίμενον γῆ Σαλαμὶς κατέχει.

Ἐπὶ Νέστορος κειμένου ἐν Πύλῳ.

Τὸν βαθύνουν, ψυχήν τε νόημά τε θεῖον ἔχοντα,
Ἄνδρ' ἀγαθὸν κατέχω, Νέστορα τὸν Πύλιον.

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Νέστορα τὸν Πυλίων ἡγήτορα ἥδε θανόντα
Γῆ κατέχει, βουλῇ φέρτατον ἡμιθέων.

Ἐπὶ Ἀντιλόχου κειμένου ἐν Τροίῃ.

Μνῆμ' ἀρετῆς υἱοῦ τοῦ Νέστορος Ἀντιλόχοιο,
Ὃς θάνεν ἐν Τροίῃ ῥυσάμενος πατέρα.

Ἐπὶ

V. *De eodem alterum.*

Mortuus hanc ſub humum cum Theſſalus ivit Achilles,
Pierides lachrymis permaduere novem.

VI. *De Patroclo cum Achille ſito.*

Patroclus hic ſitus eſt, tumulo quoque junctus Achilli,
Quem Mars ipſe manu perculit Hectorea.

VII. *De Ajace Telamonio in Troade ſito.*

Fortis ad Ajacis tumulum (miſerere viator)
Flens ſedeo Virtus dilacerata comas,
Corde dolens toto, Fraudem ſe nube tegentem
Quod Graji proceres antetulere mihi.

VIII. *De Teucro ſito Salamine Cypri.*

De Telamone ſatus, certis dare fata ſagittis
Cui fuit ars, Teucer nunc Salamine jacet.

IX. *De Neſtore in Pylo ſito.*

Virtute egregium, divina mente, profundum
Conſilio, Pylium Neſtora terra tego.

X. *Alterum de eodem.*

Conſilii quo non alter praeſtantior heros,
Contegit hæc Pylium Neſtora terra ducem.

XI. *De Antilocho jacente in Troade.*

Neſtoris Antilochum, virtus quem clara parente
Servato celebrat, Troica terra tegit.

Ἐπὶ Ὀδυσσέως κειμένου ἐν Τυῤῥηνίᾳ.

Ἄνερα τὸν πολύμητιν, ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα,
Κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπεσκίασεν.

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Οὗτος Ὀδυσσῆος κείνου τάφος, ὃν διὰ πολλὰ
Ἕλληνες πολέμῳ Τρωϊκῷ εὐτύχεσαν.

Ἐπὶ Διομήδους κειμένου ἐν τῇ ὁμωνύμῳ νήσῳ.

Αἰνητὸν πάντεσσιν ἐπιχθονίοις Διομήδη
Ἡ δ' ἱερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη.

Ἐπὶ Ἰδομενέως καὶ Μηριόνου κειμένων ἐν Κνωσσῷ.

Κνωσσίου Ἰδομενῆος ὁρᾷς τάφον. αὐτὰρ ἐγὼ τοῦ
Πλησίον ἵδρυμαι Μυριόνης ὁ Μόλου.

Ἐπ' Αἴαντος τοῦ Οἰλέως κειμένου ἐν Μυκόνῳ τῇ νήσῳ.

Ἐνθάδε τῶν Λοκρῶν ἡγήτορα γαῖα κατέσχεν
Αἴαντ' Οἰλιάδην, ἐν πελάγει φθίμενον.

Ἐπὶ Νιρέως κειμένου ἐν Τροίᾳ.

Ἐνθάδε τὸν κάλλιστον ἐπιχθονίων ἔχει γαῖα,
Νιρέα, τὸν Χαρόπου παῖδα καὶ Ἀγλαΐης.

Ἐπὶ Τληπολέμου κειμένου ἐν Ῥόδῳ.

Ἀδ' Ἡρακλείδην ῥηξήνορα θυμολέοντα
Τληπόλεμον κατέχει κυματόεσσα Ῥόδος.

Ἐπὶ

XII. *De Ulysse sepulto in Etruria.*

Cui dedit ante alios famam sollertia, mortem
Hac sibi vir terra repperit & tumulum.

XIII. *De eodem alterum.*

Qui Phrygas adversum Grajis fuit utile sidus,
Illius haec tellus corpus Ulyssis habet.

XIV. *De Diomede sito in sui nominis insula.*

Laudati cunctis mortalibus insula nomen
Quae tenet & cineres haec Diomedis habet.

XV. *De Idomeneo & Meryone sitis in Cnosso.*

Cnossius Idomeneus hoc conditur aggere: propter
Hunc ego Meriones sum situs, ille Moli.

XVI. *De Ajace Oilei sito in Myceno insula.*

Hac est tectus humo, quem saeva peremerat unda,
Ajax Locrorum ductor Oïleïdes.

XVII. *De Nireo sito in Troade.*

Hic situs est, homines forma qui vicerat omnes,
Nireus, ex Charopo natus & Aglaïa.

XVIII. *De Tlepolemo sepulto Rhodi.*

Belligerum, quo nec leo fortior, Hercule natum
Tlepolemum tegit haec aequore cincta Rhodos.

Ἐπὶ Ἀσκαλάφου καὶ Ἰαλμένου.

Ἀσκαλάφου Τροίῃ φθιμένου καὶ Ἰαλμένου ἥδε
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυὰς κατέχει.

Ἐπὶ κενοταφίου Ποδαλειρίου καὶ Μαχάονος ἐν Τρίκκῃ.

Οἱ δ' Ἀσκληπιάδαι Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων,
Πρόσθεν μὲν θνητοί, νῦν δὲ Θεῶν μέτοχοι.

Ἐπὶ Πηνέλεω κειμένου ἐν Βοιωτίᾳ.

Τόνδ' ἐπὶ Κηφισσῷ ποταμῷ θέσαν ὠκὺ ῥέοντι
Παῖδες Βοιωτῶν σώφρονα Πηνέλεων.

Ἐπὶ Εὐρυπύλου κειμένου ἐν Ὀρχομενῷ.

Πάτρῃ ἐν Ὀρχομενῷ Εὐαίμονος ἀγλαὸν υἱὸν,
Εὐρύπυλον, κρύπτει δακρυόεσσα κόνις.

Ἐπὶ Θόαντος.

Υἱὸν ὑπερθύμου Ἀνδραίμονος ἠδὲ θυγατρὸς
Γόργης τῆς Οἰνέως ἥδε κόνις κατέχει.

Ἐπὶ Φιλοκτήτου.

Τόξων Ἡρακλέους ταμίην, Ποιάντιον υἱὸν,
Ἥδε Φιλοκτήτην γῆ Μινυὰς κατέχει.

Ἐπὶ Μέγητος ἀπολομένου ἐν θαλάσσῃ,
ἔχοντος δὲ τάφον ἐν Δουλιχίῳ.

Μνῆμα Μέγητι θοῷ, μεγαθύμου Φυλέος υἱῷ,
Δουλίχιοι τεῦξαν. σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

Ἐπὶ

XIX. *De Ascalapho & Jalmeno.*

Ascalaphus, rapuit quem Troja, & Ialmenus, ambo
Quondam equites, Minyûm nunc tumulantur humo.

XX. *Triccae in Cenotaphio Podalirii & Machaonis.*

Olim Asclepiadae Podalirius atque Machaon
Mortales fuerant, nunc sed uterque Deus.

XXI. *De Peneleo in Boeotia sito.*

Ad vada Cephissi populus Boeotus humavit
Insignem sancto pectore Peneleon.

XXII. *Eurypylo sito in Orchomeno.*

Haec patria Orchomeni tellus Euaemone natum
Eurypylum lachrymis humida facta tegit.

XXIII. *De Thoante.*

Cui pater Andremon fortissimus, optima Gorge
Oenëis genitrix, hac requiescit humo.

XXIV. *De Philoctete.*

Arcus Herculei dominum Paeante creatum
Terra Philocteten occulit haec Minyas.

XXV. *De Megete in mari mortuo, sed cui monumentum structum in Dulychio.*

Dulichii tumulum celeri posuere Megeti,
Cui genitor Phileus: at mare corpus habet.

Ἐπὶ Πρωτεσιλάου ἀδελφῷ Ποδάρκει
κειμένῳ ἐν Σικυῶνι.

Γῆ μὲν Ἀχαιῒς ἔθρεψε Ποδάρκην Ἄκτορος υἱὸν,
Ὀςέα δ' αὖ Σικύων γῆ κατέχει φθιμένου.

Ἐπὶ Πολυποίτου καὶ Λεοντέως.

Ἄρχοντες Λαπιθῶν Πολυποίτης ἠδὲ Λεοντεὺς
Ἐν γάιῃ Μήδων τέρμ' ἀφίκοντο βίου.

Ἐπὶ Προθόου κενοταφίῳ.

Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Προθόου, Τενθρηδόνος υἱοῦ,
Κεῖται. ἀνοίκτιςον δ' οὔνομα τύμβος ἔχει.

Ἐπὶ Εὐμήλου.

Υἱὸς ὅδ' Ἀδμήτοιο Φερητιάδης Εὔμηλος
Νέρθ' ὑπ' ἐμοὶ κεῖται, μοῖραν ἔχων θανάτου.

Ἐπὶ Ἀγαπήνορος.

Ἀρχὸς ὅδ' ἐκ Τεγέης Ἀγαπήνωρ, Ἀγκαίου υἱὸς
Κεῖθ' ὑπ' ἐμοὶ, Ταφίων πελτοφόρων βασιλεύς.

Ἐπὶ Ἀμφιμάχου καὶ Διώρου.

Ἀρχός τ' Ἀμφίμαχος Κτεάτου παῖς, ἠδὲ Διώρης
Ἐνθάδ' ἐνὶ Τροίῃ μοῖραν ἔχουσι βίου.

Ἐπὶ Γουνέως.

Σῆμα τὸ μὲν Γουνῆος ὁρᾷς· ψυχὴ δὲ θανόντος
Ἀέρ' ἐς ὑγρὸν ἔβη, σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

Ἐπὶ

XXVI. *De Protesilai fratre Podarce sito in Sicyone.*

Actoriden tellus nutrivit Achiva Podarcen:
Extincti cineres urbs Sicyonis habet.

XXVII. *De Polypaete & Leonteo.*

Ductores Lapithûm Polypaetes atque Leonteus
In Medo morti succubuere solo.

XXVIII. *In Cenotaphio Prothoi.*

Corpus habent Prothoi, geniti Tenthredone, fluctus
Inmites: tumulus nomen inane gerit.

XXIX. *De Eumelo.*

Eumelus servanda mihi sua tradidit ossa
Prosatus Admeto patre Pheretiade.

XXX. *De Agapenore in Cypro.*

Ancaei jacet hic natus, Tegeis Agapenor,
Peltatos regnum cui fuit in Taphios.

XXXI. *De Amphimacho & Diore.*

Amphimachus ductor Cteato satus, atque Diores
In terra fati vim subiere Phrygum.

XXXII. *De Guneo.*

Guneos hic tumulus: liquidas effluxit in auras
Spiritus, aequoreae corpus habetis aquae.

Ἐπὶ Ἐλεφήνορος κειμένου ἐν Τροίῃ.

Νήσου ἀπ' Εὐβοίης Ἐλεφήνορα. ἀρχὸν Ἀβάντων
Ἐνθάδ' ἐνὶ Τροίῃ μοῖρα κατέσχε βίου.

Ἐπὶ Μενεσθέως κειμένου ἐν Ἀθήναις.

Ταξίλοχος λαῶν, υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεὺς
Ἐνθάδ' ἐνὶ κλεινῇ πατρίδι μοῖραν ἔχει.

Ἐπὶ Σθενέλου καὶ Εὐρυάλου κειμένων ἐν Ἄργει.

Ἀργεῖος Σθένελος Καπανήϊος ὧδε τέθαπται
Τύμβῳ, καὶ τούτου πλησίον Εὐρύαλος.

Ἐπὶ Θαλπίου καὶ Πολυξένου κειμένων ἐν Ἤλιδι.

Οἵδε Πολύξεινος καὶ Θάλπιος Ἤλιδι δίῃ
Δμηθέντες κρυεροῦ δῶμ' Ἀΐδαο ἔβαν.

Ἐπὶ Ταλθυβίου κειμένου ἐν Μυκήναις.

Ταλθύβιον θεράποντα, θεῶν κήρυκα καὶ ἀνδρῶν,
Ὧδε Μυκηναίων δῆμος ἔθαψεν ἅπας.

Ἐπὶ Αὐτομέδοντος ἐν Τροίᾳ.

Αὐτομέδοντ', Ἀχιλῆϊ ἐὺν καὶ πιστὸν ἑταῖρον,
Ἥδε κατεσκίασε Τρωὰς ἄρουρα τάφῳ.

Ἐπὶ Φειδίππου καὶ Ἀντίφου.

Φείδιππον Τροίην πέρσαντ', ἠδ' Ἄντιφον ἥρω,
Γαῖα πατρὶς κώμη ἠδ' Ἐφύρα κατέχει.

Ἐπὶ

XXXIII. De *Elephenore sito in Troade.*

Ortus ab Euboea princeps Elephenor Abantum
In tibi vicina, Troja, sepultus humo est.

XXXIV. *De Menestheo Athenis sito.*

Quem genuit Peteos, aciem struxisse Menestheus
Doctus, in illustri conditus est patria.

XXXV. *De Sthenelo & Euryalo, qui Argis siti.*

Hic Sthenelum, cujus Capaneus pater, & domus Argi,
Juxtaque Euryalum patria gleba tegit.

XXXVI. *De Thalpio & Polyxeno sitis Elide.*

Elidos ex sacra Jovis urbe Polyxenus, atque
Thalpius ad nigram Ditis iere domum.

XXXVII. *De Talthybio Mycenis sita.*

Isto praeconem divûmque hominumque Mycene
Talthybium posuit post sua fata loco.

XXXVIII. *De Automedonte in Troade.*

Automedon, comes ille fide spectatus Achilli,
In campis tumulum possidet Iliacis.

XXXIX. *De Phidippo & Antipho.*

Phidippum Trojae domitorem, heroaque magnum
Antiphon, hic Ephyre, quae dedit ipsa, tegit.

Ἐπὶ Δηϊπύλου.

Δηϊπύλου κόρσης εὐειδέος Ὀρμενίοιο
 Μνῆμα τόδ' εὔκλειόν. γείνατο Τληπόλεμος.

Ἐπὶ Ζήθου ἐν Θήβαις.

Ἑπταπύλων Θηβῶν βασιλεὺς ὅδε κεῖται ὑποχθὼν
 Ζῆθος, ὃν Ἀντιόπη γείνατο παῖδ' ἀγαθόν.

Ἐπὶ Πυλάδου ἐν Φωκίδι.

Υἱὸς ὅδε Στροφίου Πυλάδης ἐν Φωκίδι γαίῃ
 Κεῖται, ἐπεὶ παντὸς μοῖραν ἔπλησε βίου.

Ἐπὶ Αἰήτου ἐν Κολχίδι.

Αἰήτην Κόλχοισι πολυχρύσοισιν ἄνακτα
 Ἐνθάδε πανδαμάτωρ μοῖρα Θεῶν κτέρισεν.

Ἐπὶ Ἀταλάντης ἐν Ἀρκαδίᾳ.

Κούρης Ἰασίοιο πολυκλείτης Ἀταλάντης
 Σῆμα, πέλας στείχων, ἀτρεκές ἐστι τόδε.

ἘΠῚ ΤΩ͂Ν ΤΡΩ͂ΩΝ.

Ἐπὶ Λαομέδοντος.

Ἐνθάδε Περγαμίδαν κεύθει χθὼν Λαομέδοντα,
 Ἵππων ὠκυπόδων εἵνεκ' ἀποφθίμενον.

Ἐπὶ Ἕκτορος κειμένου ἐν Θήβαις.

Ἕκτορι τόνδε μέγαν Βοιώτιοι ἄνδρες ἔτευξαν
 Τύμβον ὑπὲρ γαίης, σῆμ' ἐπιγιγνομένοις.

Ἐπὶ

XL. *De Deipylo.*

Deipyli monumenta vides illuſtria, pulcher
Qui fuit, Ormenius de patre Tlepolemo.

XLI. *De Zetho Thebis.*

Condidit hic ſeptem portis urbs inclyta Zethum,
Antiopa regem de genitrice bonum.

XLII. *De Pylade in Phocide.*

Filius hic Strophii Pylades poſt fata quieſcens
In terra poſitum Phocide corpus habet.

XLIII. *De Aeëte in Colchide.*

Aeëten, tellus cui paruit aurea regi
Colchica, quem cernis ceſpite fata tenent.

XLIV. *De Atalanta in Arcadia.*

Dignus quem videas tumulus: celeberrima fama
Iaſii ſoboles hic Atalanta jacet.

TROJANORUM.

XLV. *De Laomedonte.*

Veloces ob equos privatum munere vitae,
Terra haec Pergamiden Laomedonta tegit.

XLVI. *De Hectore ſito Thebis.*

Baeoti ſtruxere viri, monumenta futuris
Gentibus, hunc tumulum nominis Hectorei.

Ἐπὶ Πυραίχμου ἐν Τροίῃ.

Ἐλθὼν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξίου ὧδε Πυραίχμης
  Ὠκύμορος πάντων νόσφι φίλων ἔθανεν.

Ἐπὶ Ὀρφέως κειμένου ἐν Κικονίᾳ.

Θρήϊκα χρυσολύραν Οἰάγρου παῖδα θανόντα
  Ὀρφέα ἐν χώρῳ τῷδε θέσαν Κίκονες.

ΕἸΣ ΤΙΝᾺΣ ἈΝΔΡΕΊΟΥΣ.

Ἐπιγράμματα τρία τὰ ἐπὶ τῶν τριῶν Ἑρμῶν ἐπιγεγραμμένα· ὧν μέμνηται Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος.

Τὸ ἐπὶ τῷ πρώτῳ τῶν Ἑρμῶν ἐπίγραμμα.

Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ποτε Μήδων
  Παισὶν ἐπ' ἠϊόνι, Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοὰς,
Λιμόν τ' αἴθωνα, κρατερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα,
  Πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην.

Τὸ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τῶν Ἑρμῶν ἐπίγραμμα.

Ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδε δῶκαν
  Ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλης ἀρετῆς.
Μᾶλλόν τις τάδ' ἰδὼν ἵν' ἐπεσσομένων ἐθελήσῃ
  Ἀμφὶ περὶ ξυνοῖς πράγμασι μόχθον ἔχειν.

Τὸ ἐπὶ τρίτῳ τῶν Ἑρμῶν ἐπίγραμμα.

Ἐκ τότε τῆσδε πόληος ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς
  Ἡγεῖτο ζάθεον Τρωϊκὸν ἀμπεδίον.

Ὦν

XLVII. *De Pyraechme in Troade*

Axius hunc, Amydon de quo bibit amne, Pyraechmen
Miserat: occubuit quam procul ille suis.

XLVIII. *De Orpheo sito apud Ciconas.*

Inclitus aurata fide Thrax Oeagrius Orpheus
Mortuus haec Ciconum munere busta tenet.

TITULUS II.

De Fortibus viris quibusdam.

Inscriptiones trium Hermarum, memoratae Aeschini in Oratione in Ctesiphontem.

I. *Inscriptio primi Hermae.*

Nomen & illorum virtus animosa meretur,
Strymonis undosi qui super aggeribus
Esurie Medos & saevo Marte prementes
Monstrarunt frangi barbara corda malis.

II. *Inscriptio secundi Hermae.*

Haec bene pro meritis & pro virtute dederunt
Cecropidae ducibus munera clara suis.
Ut bene posteritas discat sperare, labores
Pro patria sumtos nec putet esse graves.

III. *Inscriptio tertii Hermae.*

Moenibus Iliacis hac vectus ab urbe Menestheus
Intulit Atridas arma secuta duos:

 Quem,

Ὅν ποθ' Ὅμηρος ἔφη Δαναῶν πύκα χαλκοχιτώνων
Κοσμήτορα μάχης ἔξοχον ἄνδρα μολεῖν.
Οὕτως οὐδὲν ἀεικὲς Ἀθηναίοισι καλεῖσθαι
Κοσμητὰς πολέμου τ' ἀμφὶ καὶ ἠνορέης.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Αἰσχίνῃ, ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ.

Τοὺς δ' ἀρετῆς ἕνεκα στεφάνοις ἐγέραιρε παλαίχθων
Δῆμος Ἀθηναίων· οἵ ποτε τοὺς ἀδίκοις
Θεσμοῖς ἄρξαντας πρῶτοι πόλεως καταπαύειν
Ἦρξαν, κίνδυνον σώμασιν ἀράμενοι.

Παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου.

Οἵδε πάτρας ἕνεκα σφετέρας εἰς δῆριν ἔθεντο
Ὅπλα, καὶ ἀντιπάλων ὕβριν ἀπεσκέδασαν.
Μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ δείματος, οὐκ ἐσάωσαν
Ψυχὰς, ἀλλ' Ἀΐδην κοινὸν ἔθεντο βράβην,
Οὕνεκεν Ἑλλήνων, ὡς μὴ ζυγὸν αὐχένι θέντες,
Δουλοσύνης, στυγερὰν ἀμφὶς ἔχωσιν ὕβριν.
Γαῖα δὲ πατρὶς ἔχῃ κόλποις τῶν πλεῖστα καμόντων
Σώματ', ἐπεὶ θνητοῖς ἐκ Διὸς ἥδε κρίσις.
Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ Θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν.
Ἐν βιοτῇ μοῖραν δ' οὔτι φυγεῖν ἔπορεν.

Τὸ ἐπὶ ἀνδριάντι Ἐπαμινώνδου ἐπίγραμμα.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται,
Θῆβαι δ' ὅπλοισιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

Τὸ ἐπὶ τῷ Φιλοποίμενος ἀνδριάντι ἐν Τεγέᾳ.

Τοῦδ' ἀρετὰ καὶ δόξα καθ' Ἑλλάδα, πολλὰ μὲν ἀλκαῖς,
Πολλὰ δὲ καὶ βουλαῖς ἔργα πονησαμένου,

Ἀρκά-

Quem, quoties caluit ferri certamen, Homerus
  In ducibus Danais eminuisse refert.
Non igitur nova res, quod nomen habetis Athenae,
  Sive animi Mavors, seu simul artis eget.

IV. *Apud Aeschinem oratione eadem.*

Cecropis antiquus populus, virtutis honore
  Munerat hos, leges qui sine more datas
Laudanda rupere manu, vitaeque periclum
  Non metuere, novos ne paterentur heros.

V. *Apud Demosthenem in Oratione pro Corona.*

Hi sunt pro patria qui fortiter arma tulerunt,
  Hostiles credunt dum nihil esse minas.
Vicerunt virtute metum, sperata nec illis
  Vita, sed ex ipsa praemia morte petunt.
Tantus amor Grajûm, ne gens tot libera seclis
  Subdita jam collo ferret herile jugum.
Sopiat illorum post multos terra labores
  Corpora: namque hoc est ab Jove jus hominum.
Effectum dare quidquid agas, errare nec unquam,
  Coelicolûm est: fatum non datur effugere.

VI. *Inscriptum statuae Epaminondae.*

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum,
  Messene sobolem tempore fota dabit.
Urbs sacra Thebarum spoliis exsultat opimis:
  Dictura est juris Graecia tota sui.

VII. *Sub statua Philopoemenis Tegeae.*

Hic est cujus amat virtutem Graecia, multa
  Cujus consilio, multa peracta manu:

Ἀρκάδος αἰχμητᾶ φιλοποιμένος, ᾧ μέγα κῦδος
 Ἕσπετ' ἐνὶ πτολέμῳ, δούρατος ἀγεμόνι.
Μανύει δὲ τρόπαια τετυγμένα δισσὰ τυράννων
 Σπάρτας, αὐξομέναν δ' ἄρατο δουλοσύναν.
Ὧν ἕνεκεν Τεγέα μεγαλόφρονα Κραύγιδος υἱὸν
 Στᾶσεν ἀμωμήτου κράντορ' ἐλευθερίας.

Τὸ ἐπὶ τῷ ἀνδριάντι Χίλωνος Ἀχαιοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ.

Μουνοπάλης νικῶ δὶς Ὀλύμπια Πύθιά τ' ἄνδρας,
 Τρὶς Νεμέᾳ, τετράκις δ' Ἰσθμῷ ἐν ἀγχιάλῳ,
Χίλων, ὃς Πατρεὺς ἦν· αὐτὰρ ὁ λαὸς Ἀχαιῶν
 Ἐν πολέμῳ φθίμενον θάψ' ἀρετῆς ἕνεκεν.

Τὸ ἐπὶ τῷ ἀνδριάντι Λυσάνδρου τοῦ Ἀριστοκρίτου.

Ἀθάνατον πάτρᾳ καὶ Ἀριστοκρίτῳ κλέος ἔργων
 Λύσανδρ' ἐκτελέσας, δόξαν ἔχεις ἀρετᾶς.

Τὸ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι Κυδίου, τῷ Ἐλευθερίῳ Διῒ ἀνατεθείσῃ.

Ἡ μάλα δὴ ποθέουσα νέαν ἔτι Κυδίου ἥβην
 Ἀσπὶς ἀριζήλου φωτὸς, ἄγαλμα Διΐ.
Ἃς διὰ δὴ πρώτας λαιὸν ποτε πῆχυν ἔτεινεν,
 Εὖτ' ἐπὶ τὸν Γαλάταν ἤκμασε θοῦρος Ἄρης.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Γ'.

Ἐπιγράμματα ἀναθήμασιν ἐπιγραφέντα, ὥσπερ καὶ τινα τῶν πρὸ τούτων.

Ἐπίγραμμα ταῖς Μακεδόνων ἀσπίσι, τῷ ἐν Δωδώνῃ Διῒ ὑπὸ Πύῤῥου ἀνατεθείσαις, ἐπιγραφέν.

Αἵδε ποτ' Ἀσίδα γαῖαν ἐπόρθησαν πολύχρυσον,
 Αἵδε καὶ Ἑλλάδι τὰν δουλοσύναν ἔπορον.

Νῦν

Arcadis ille soli Philopoemen gloria, bello
  Maxima quem semper fama secuta ducem.
Bina docent Spartes spolia hoc detracta Tyrannis,
  Dum studet exoriens pellere servitium.
Jussit ob id Tegëe soboles ut Craugidos audax.
  Hic libertatis staret in aere dator.

VIII. *Sub statua Chilonis Achaei in Olympia.*

Pythia bis lucta Chilon, bis Olympia vici,
  Ter Nemeae, bimaris littoris urbe quater,
Ortus eram Patris, at gens mihi Marte peremto
  Praemia, virtutem propter, Achaea dedit.

IX. *Sub statua Lysandri Aristocriti filii.*

Ad patriam, Lysander, Aristocritumque redundat
  Laus tua: nec mortem gloria tuta timet.

X. *In clypeo Cydiae, dedicato Jovi Liberatori.*

Aetatis juvenilis amor tutelaque, scutum
  Cydia quod gessit, nunc decus esto Jovi.
Quod laevo cubito trajectus in agmine primo
  Pugnavit, cum Mars irruit in Galatas.

TITULUS III.

Inscriptiones Donariorum, cujus generis & quaedam sunt superius positae.

I. *Inscriptum Macedonum clypeis quos Jovi Dodonaeo Pyrrhus consecravit.*

Hae quae sunt Asiae regnum populata superbum
  Scuta, quibus subiit Graecia victa jugum;

Νῦν δὲ Διὸς ναῷ ποτὶ κίονας ὄρφανα κεῖται,
  Τᾶς μεγαλαυχήτου σκῦλα Μακηδονίας.

Ἐπίγραμμα ἀσπίδι τινὶ ἐπιγραφὲν ἐπειργασμένην
ἐχούσῃ Μέδουσαν τὴν Γοργόνα.

Ναὸς μὲν φιάλαν χρυσέαν ἔχει· ἐκ δὲ Τανάγρας
  Τῆς Λακεδαιμονίοις συμμαχίδος γε τεθέν.
Δῶρον ἀπ' Ἀργείων, καὶ Ἀθηναίων, καὶ Ἰώνων
  Τὰν δεκάταν, νίκας εἵνεκα τῷ πολέμῳ

Ἐπίγραμμα βάθρῳ τινὶ λιθίνῳ ἐπιγραφὲν ὑπὸ τῶν Ἀπολλωνιατῶν ἀνατεθέντι, ἐφ' ᾧ Θεῶν τινῶν ἀγάλματα.

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα, τὰν ἐνὶ πόντῳ
  Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας.
Οἳ γᾶς τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος, ἐνθάδε ταῦτα
  Ἔστασαν σὺν τοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

Ἐπίγραμμα βάθρῳ τινὶ χαλκῷ, ἐφ' ᾧ Ζεύς ἐστιν,
ἐπιγεγραμμένον ὑπὸ Κλειτορίων.

Κλειτόριοι τόδ' ἄγαλμα Θεῷ δεκάτην ἀνέθηκαν,
  Πολλᾶν ἐκ πολίων χερσὶ βιασάμενοι.

Τὸ ἐπί τινι τῶν Λακεδαιμονίων ἀναθήματι ἐπίγραμμα.

Δέξο ἄναξ Κρονίδα Ζεῦ Ὀλύμπιε καλὸν ἄγαλμα
  Ἱλάῳ θυμῷ τοῖς Λακεδαιμονίοις.

Τὸ ἐπί τινι τῶν Ἀχαιῶν ἀναθήματι.

Τῷ Διΐ τ' Ἀχαιοὶ τὰ ἀγάλματα ταῦτ' ἀνέθηκαν
  Ἔγγονοι ἀντιθέου Ταντάλίδου Πέλοπος.

Ἐπὶ

Orba viris pendent templo Jovis, apta columnae,
Detracta a tumidis arma Macedonibus.

II. *Inscriptum clypeo cuidam, insculptam habenti Medusam Gorgona.*

Ex auro phiala est templo data, capta Tanagra
Cum foret; in Spartes partibus illa fuit.
Munus ab Argivis, ab Ionibus, atque ab Athenis
Praedae dedomitis hostibus haec decima est.

III. *Inscriptum scamno lapideo ab Apolloniatis consecrato, in quo Deorum imagines erant.*

Urbs super Ionios quae stans pulcherrima fluctus
Phoebeum Phoebo condita nomen habet,
Sub ditione sua fines quia fecit Abantum,
Haec simul, & decimam consecrat ex Thronio.

IV. *Inscriptum a Clitoriis scamno aheneo, in quo Jupiter.*

Clitorii praedae decimam, quae fortibus ausis
Urbibus ex multis rapta, dedere Jovi.

V. *Inscriptum donario Lacedaemoniorum.*

Rex superûm pulchrum, tibi quod datur, accipe munus,
Et Lacedaemoniis numine dexter ades.

VI. *In Donario quodam Achaeorum.*

Haec, qui Tantalidae Pelopis sunt sanguis, Achaei
Auctori generis dona dedere Jovi.

VII.

Ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἀναθήματι.

Πολλὰ μὲν ἄλλα σοφοῦ ποιήματα, καὶ τόδ' Ὀνατᾶ
Ἔργον, ἐν Αἰγίνῃ τὸν τέκε παῖδα Μίκων.

Τὸ ἐπί τινι τῶν Θασίων ἐς Ὀλυμπίαν ἀναθήματι.

Υἱὸς μὲν γε Μίκωνος Ὀνατᾶς ἐξετέλεσσεν,
Νάσῳ ἐν Αἰγίνῃ δώματα ναιετάων.

Τὸ ἐπί τινι τῶν Μενδαίων ἀναθήματι.

Ζηνὶ Θεῶν βασιλεῖ μ' ἀκροθίνιον ἐνθάδ' ἔθηκαν
Μενδαῖοι, Σίπτην χερσὶ βιασάμενοι.

Τὸ ἐπὶ τῇ Δαμάρχου εἰκόνι τῇ ἐν Ὀλυμπίᾳ.

Υἱὸς Δινύττα Δάμαρχος τήνδ' ἀνέθηκεν
Εἰκόν' ἀπ' Ἀρκαδίας Παῤῥάσιος γενεάν.

Τὸ ἐπὶ τῇ εἰκόνι Θεοπόμπου, οὗ παῖς ἦν
Θεόπομπος ὁ παλαιστής.

Εὐτελίδας καὶ Χρυσόθεμις τάδε ἔργα τέλεσσαν.
Ἀργεῖοι, τέχναν εἰδότες ἐκ προτέρων.

Τὸ ἐπὶ τῷ Κλεοσθένους ἀναθήματι.

Κλεοσθένης μ' ἀνέθηκεν ὁ πόντιος ἐξ Ἐπιδάμνου,
Νικήσας ἵπποις καλὸν ἀγῶνα Διός.

Τὸ ἐπὶ τοῦ Λύκου τοῦ Φειδώλα ἀναθήματι.

Ὠκυδρόμας Λύκος Ἰσθμοῖ ἅπαξ, δύο δ' ἐνθάδε νίκαις
Φειδώλα παίδων ἐστεφάνωσε δόμους.

Τὸ

VII. *In eodem donario.*

Hoc opus ille idem, qui plurima, doctus Onatas
Fecit in Aegina patre Micone fatus.

VIII. *In quodam Thasiorum donario in Olympia.*

Hoc opus effecit prognatus Onata Micone,
Cui domus Aeginae est, quam maris ambit aqua.

IX. *In quodam Mendaeorum donario.*

Mendaei summo me sacravere Tonanti,
Intrepida Sipten cum domuere manu.

X. *Sub statua Damarchi in Olympia.*

Istam Damarchus Dinyttae filius Arcas
Ortu Parrhasius dedicat effigiem.

XI. *Sub effigie Theopompi, cujus filius erat Theopompus luctator.*

Hoc opus Argivi fecerunt artis avitae
Ingenio, Eutelides Chrysothemisque simul.

XII. *In Cleosthenis donario.*

Ad mare sum geniti Cleiosthenis ex Epidamno
Donum, teste citis cum Jove vicit equis.

XIII. *In donario Lyci, Phidolae filii.*

Bis Lycus hic celeri cursu, semel Isthmia vicit,
Phidolae sertis hinc decorata domus.

Τὸ ἐπὶ τῷ Ἀθήνησιν ἀνδριάντι Κλεοίτου.

Ὃς τὴν ἱππάφεσίν σευ, Ὀλυμπία, εὕρατο πρῶτος,
Τεῦξέ με Κλεοίτας υἱὸς Ἀριστοκλέους.

Τὸ ἐπὶ τῇ Οἰβώτου εἰκόνι.

Οἰνία Οἰβώτας στάδιον νικῶν. Ὁ δ' Ἀχαιὸς
Πατρίδα Παλείαν θῆκ' ὀνομαστοτέραν.

Τὸ ἐπί τινι Λαοδίκης ἀναθήματι.

Λαοδίκης ὅδε πέπλος, ἑᾷ δ' ἀνέθηκεν Ἀθηνᾷ
Πατρίδ' ἐς εὐρύχορον Κύπρου ἀπὸ ζαθέας.

Τὸ ἐπί τινι Δεινομένους τοῦ Ἱέρωνος ἀναθήματι.

Σόν ποτε νικήσας, Ζεῦ Ὀλύμπιε, σεμνὸν ἀγῶνα,
Τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ, μουνοκέλητι δὲ δὶς,
Δῶρ' Ἱέρων τάδε σοι ἐχαρίσσατο· παῖς δ' ἀνέθηκε
Δεινομένης, πατρὸς μνῆμα Συρακοσίου.

Τὸ ἐπὶ τοῖς Βύζου ἀγάλμασιν, ἐν Νάξῳ.

Νάξιος εὔεργός με γένει Λητοῦς πόρε, Βύζεω
Παῖς, ὃς πρώτιστος τεῦξε λίθου κέραμον.

Τὸ ἐπὶ τῷ ἀνδριάντι Λυσάνδρου, τοῦ Ἀριστοκρίτου.

Ἐν πολυθαέντῳ τεμένει Διὸς ὑψιμέδοντος
Ἕστηκε δ' ἀναθέντων δημοσίᾳ Σαμίων.

Τὸ ἐπί τῇ βάσει τῆς Αἰτωλοῦ, τοῦ Ἐνδυμίωνος εἰκόνος.

Χώρης οἰκιστῆρα, παρ' Ἀλφειοῦ ποτὲ δίναις
Θρεφθέντα, στάδιον γεῖτον Ὀλυμπιάδος,

Ἐν-

XIV. *Sub ſtatua Cleaetae Athenis.*

Cleiaetas natus me fecit Ariſtoclis, is qui
Primus Olympiacos carcere miſit equos.

XV. *Sub ſtatua Oebotae.*

Oeniae hic Oebotas, ſtadio qui victor Achaeus
Paleiae patriae gloria magna fuit.

XVI. *In donario quodam Laodices.*

Laodice peplum de Cypro miſit, ut eſſet
Armigerae patria munus in urbe Deae.

XVII. *In donario quodam Dinomenis, Hieronis filii.*

In ludis Elaee tuis rex magne Deorum
Quadrigis iterum victor equoque ſimul,
Haec Hieron dedit eſſe ſui monumenta, ſacravit
Natus Dinomenes, ambo Syracoſii.

XVIII. *Sub Byzae ſtatuis in Naxo.*

Naxius hoc Phoebo dedit & tibi Delia, Byza
De patre, cujus opus tegula prima fuit.

XIX. *Sub ſtatua Lyſandri, Ariſtocriti filii.*

In magni quem ſtare vides Jovis augure luco
Me poſuit clarae publica cura Sami.

XX. *In baſi ſtatuae Aetoli, Endymionis filii.*

Qui ripas, Alphaee, tuas habitavit, ibique
Vicinus ſtadio crevit Olympiaco,

Ἐνδυμίωνος παῖδ᾽ Αἰτωλὸν τόνδ᾽ ἀνέθηκαν
 Αἰτωλοὶ, σφετέρας μνῆμ᾽ ἀρετῆς ἐσορᾷν.

Τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τῷ Ὀξύλου ἀνδριάντι.

Αἰτωλός ποτε τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον
 Κτήσατο Κουρῆτιν γῆν δορὶ, πολλὰ καμών·
Τῆς δ᾽ αὐτῆς γενεᾶς δεκατόσπορος Αἵμονος υἱὸς
 Ὀξύλος ἀρχαίην ἔκτισε τήνδε πόλιν.

Τὸ ἐπὶ τῇ Κλέωνος ᾠδοῦ Θηβαίου εἰκόνι.

Πυθέα υἱὸς ὅδ᾽ ἐστὶ Κλέων, Θηβαῖος ἀοιδὸς,
 Ὃς πλείστους θνητῶν ἀμφέθετο στεφάνους
Κρατὸς ἐπὶ σφετέρης. καί οἱ κλέος οὐρανόμηκες.
 Χαῖρε Κλέων, Θήβας πατρίδ᾽ ἐπευκλείσας.

Τὸ ἐν Πυθοῖ ἐπί τινος ἔργου ἐπιγεγραμμένον.

Τεῦξ᾽ Ἑλικὼν Ἀκεσᾶ Σαλαμίνιος, ᾧ ἐνὶ χερσὶ
 Πότνια θεσπεσίην Παλλὰς ἔτευξε χάριν.

Τὸ ἐπὶ τῷ Ἔρωτι ἐπιγραφὲν, τῷ πρὸς Ἀκαδημίᾳ ἱδρυθέντι.

Ποικιλομήχαν᾽ Ἔρως, σοὶ τόνδ᾽ ἱδρύσατο βωμὸν
 Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου.

Τὸ ἐπὶ τῷ βωμῷ τοῦ Πλάτωνος.

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
 Ἀνδρὸς ὃν οὐτ᾽ αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Τὸ ἐπὶ τῇ γραφῇ τὴν τοῦ Βοσπόρου ζεῦξιν
ἐχούσῃ ἐς τὸ Ἡραῖον ἀνατεθείσῃ.

Βόσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας ἀνέθηκε
 Μανδροκλέης Ἥρῃ μνημόσυνον σχεδίης,

Αὐτῷ

Aetoli Aetolum natum patris Endymionis
Hoc ob virtutem conſtituere loco.

XXI. *In Eleorum foro ſub Oxyli ſtatua.*

Hanc prius Aetolus linquens ab origine gentem
Curetum ferro quaeſiit arva ſibi.
Sanguine ab illius decimus, puer Haemonis, urbem
Oxylus hanc veteri condidit in patria.

XXII. *Sub effigie Cleonis, cantoris Thebani.*

Pytheades Thebis ſatus hic, quo nemo coronis
Ditior, inſignis carminis arte Cleon.
Cujus ad aſtriferas ſedes it gloria, ſalve
Ergo Cleon, Thebis maxima fama tuis.

XXIII. *Operi inſcriptum in Pytho.*

Hoc Helicon Aceſae fecit Salaminius, ipſa
Inſtituit cujus docta Minerva manus.

XXIV. *Inſcriptum Cupidini, dedicato in Academia.*

Charmus, Amor ſollers, iſtam tibi dedicat aram,
In quo gymnaſii deſinit umbra loco.

XXV. *In ara Platoni ſacra.*

Magno, quemque nefas pravis laudare, Platoni
Aram diſcipulus ſacrat Ariſtoteles.

XXVI. *Sub pictura, in qua Bosphorus, ponte ſtratus, dedicata in Junonis aede.*

Mandroclees, Juno, dicat has tibi piſce feraces
Bosphorias miſſas ſub juga pontis aquas:

Αὐτῷ μὲν ϛέφανον περιθεὶς, Σαμίοισι δὲ κῦδος,
Δαρείου βασιλέως ἐκτελέσας κατὰ νοῦν.

Τὸ ἐπὶ τῷ χαλκέῳ τεθρίππῳ, τῇ Ἀθηνᾷ ὑπ' Ἀθηναίων ἀνατεθέντι.

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
Παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμου,
Δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν.
Τῶν ἵππους, δεκάτην Παλλάδι, τάσδ' ἔθεσαν.

Τὸ ἐπί τινι Μιλτιάδου ἀναθήματι.

Ζηνὶ μ' ἄγαλμ' ἀνέθηκαν Ὀλυμπίῳ ἐκ Χερονήσου
Τεῖχος ἑλόντες Ἀράτου· ἐπῆρχε δὲ Μιλτιάδης σφίν.

Τὸ ἐπὶ τῷ Ἀλκμήνης θαλάμῳ.

Ἀμφιτρύων ὅτ' ἔμελλ' ἀγαγέσθαι δεῦρο γυναῖκα
Ἀλκμήνην, θαλαμόν γ' ἐκλέξατο τοῦτον ἑαυτῷ·
Ἀγχάσιος δ' ἐποίησε Τροφώνιος, ἠδ' Ἀγαμήδης.

Τὸ ἐπὶ τῷ ἀγάλματι Ἑρμοῦ τετρακεφάλου τοῦ ἐν Κεραμεικῷ.

Ἑρμῆ τετρακέφαλε, καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον,
Πάνθ' ὁράας.

Ἐκ τοῦ εἰς Ἐπέραϛόν τινα μάντιν ἐπιγράμματος.

Τῶνδ' ἱερογλώσσων Κλυτιδᾶν γένος εὔχομαι εἶναι
Μάντις ἀπ' ἰσοθέων αἷμα Μελαμποδιδᾶν.

Τὸ

Darii regis posuit manus aemula mentem:
Unde decus Samiis, parta corona viro.

XXVII. *In aerea quadriga, quam Athenienses Minervae consecrarunt.*

Baeotis bello domitis & Chalcide victa
Gens Cecropis, referens laeta tropaea domum,
Captivumque premens ferrata nocte Furorem
Istos de decima Palladi sacrat equos.

XXVIII. *De donario Miltiadae quodam.*

Hoc Cheronestiacae victores urbis Arati,
Sub duce Miltiade, donum posuere Tonanti.

XXIX. *In thalamo Alcmenae.*

Cum bonus Amphytruon Alcmenam duceret ad se,
Hoc illam excepit thalamo, quem fecerat arte
Anchiasus felice Trophonius, atque Agamedes.

XXX. *Sub statua Mercurii quadricipitis in Ceramico.*

Majugena o quadriceps, bene quem Telesarchida fecit,
Cuncta vides.

XXXI. *Ex inscriptione Eperasti Vatis.*

Gaudeo de Clytidis vatem me vatibus ortum,
Et de divina stirpe Melampodidûm.

XXXII.

Τὸ ἐπὶ τῷ Ἀθηνᾶς ἱερῷ ὃ Κάδμος αὐτῇ ἱδρύσατο.

Ὄγκας νηὸς, ὅδ' ἐςὶν Ἀθηνᾶς, ὅν ποτε Κάδμος
  Εἵσατο, βοῦν θ' ἱέρευσεν, ὅτ' ἔκτισεν ἄςυ τὸ Θήβας.

Τὰ ἐπὶ τρισὶ τρίποσιν ἐπιγράμματα ἐν Θήβαις
ἐν τῷ Ἀπόλλωνος ἱερῷ οὖσιν.

Ἰσμηνίου, τὸ ἐπὶ τῷ πρώτῳ τρίποδι.

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

Τὸ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ.

Σκαιὸς πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
Νικήσας ἀνέθηκε τέϊν περικαλλὲς ἄγαλμα.

Τὸ ἐπὶ τῷ τρίτῳ.

Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν ἐϋσκόπῳ Ἀπόλλωνι
Μουναρχέων ἀνέθηκε τέϊν περικαλλὲς ἄγαλμα.

Τὸ ἐπὶ τῇ ςήλῃ τοῦ Λυκαίου Διὸς περὶ Ἀριςοκράτους.

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆϊ,
  Εὗρε δὲ Μεσσήνη σὺν Διΐ τὸν προδότην
Ῥηϊδίως. χαλεπὸν δὲ λαθεῖν Θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον·
  Χαῖρε Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάου Ἀρκαδίαν.

Τὸ ἐπί τινι πινακίῳ, περὶ τοῦ ἐκ τῆς Οἰνομάου
οἰκίας ὑπολειφθέντος κίονος.

Καὶ γὰρ ἐγὼ κείνων εἰμ', ὦ ξένε, λείψανον οἴκων
  Στῦλος ἐν Οἰνομάου πρίν ποτ' ἐνοῦσα δόμοις·
Νῦν δὲ παρὰ Κρονίδην κεῖμαι τάδ' ἔχουσα τὰ δεσμὰ
  Τίμιος· οὐδ' ὀλοὴ δέξατο φλόξ με πυρός.

Παρὰ

XXXII. *In Minervae templo, quod consecravit Cadmus.*

Hoc Oncae templum Cadmus dedit ipse Minervae,
Mactavitque bovem, Thebe cum condidit urbem.

Inscriptiones Tripodum trium, qui Thebis
sunt in aede Apollinis.

XXXIII. *Ismenii, in primo tripode.*

Telebois satus Amphitryo me rite dicavit.

XXXIV. *In secundo.*

Ad sua cum Scaeus remeavit limina, victor
Caestibus, arcitenens dedit hoc tibi munus Apollo.

XXXV. *In tertio.*

Laodamas regni solium qui possidet, isto
Phoebe sagittipotens pulchro te munere donat.

XXXVI. *In columna Jovis Lycaei de Aristocrate.*

Tempore sed poenas pendit rex proditor aequas:
Messene reperit cum Jove grande nefas.
Vix est ut superûm perjurus numina fallat,
Tu salve & serva, Jupiter, Arcadiam.

XXXVII. *In tabella quadam de columna, quae*
sola ex Oenomai domo supererat.

Illa ego sum magnis superans ex aedibus, intra
Oenomai quondam visa columna lares:
Nunc Jovis in magni retinent me vincula templo,
Ignibus & tantis intemerata color.

Παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ.

Σβεννύντας ποτὲ τούσδε τυραννίδα χάλκεος Ἄρης
Εἷλε, Σεληνοῦντος δ' ἀμφὶ πύλας ἔπεσον.

Τὸ ἐπὶ τῷ Λαΐδος τάφῳ παρὰ τῷ Πηνειῷ.

Τῆσδέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος, ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου,
Λαΐδος, ἣν τέκνωσεν Ἔρως, θρέψεν δὲ Κόρινθος·
Κεῖται δ' ἐν κλεινοῖς Θετταλικοῖς πεδίοις.

Τὸ ἐν Τεγέᾳ ἐπίγραμμα.

Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν,
Μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Ἄλλοι δὲ οὕτως εἰς Χείλωνα.

Ἦν Λακεδαιμόνιος Χείλων σοφὸς, ὃς τάδ' ἔλεξε,
Μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος τοῦ αὐτοῦ Χείλωνος.

Τόνδε δορυστέφανος Σπάρτα Χείλων' ἐφύτευσεν,
Ὃς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν πρῶτος ἔφυ σοφίῃ.

Τὸ ἐπὶ τῆς Σόλωνος εἰκόνος.

Ἡ Μήδων ἄδικον παύσασ' ὕβριν, ἥδε Σόλωνα
Τόνδε τεκνοῖ Σαλαμὶς θεσμοθέτην ἱερόν.

Τὸ ἐπὶ τοῦ μνήματος τοῦ Πιττακοῦ.

Οἰκείοις δακρύοις ἁ γειναμένα καταθάπτει
Ἐνθάδε Πιττακὸν ἥδ' ἱερὰ Λέσβος.

Τὸ

XXXVIII. *Apud Plutarchum.*

Ante Selenuntis Mavors hos ferreus hausit
Moenia, servitium pellere dum properant.

XXXIX. *In Laidos sepulchro apud Peneum.*

Capta fuit cujus coelesti Graecia vultu,
Illa ferox, nullo gens data Marte capi,
Lais Amoris erat soboles & alumna Corinthi,
Quam nunc Thessaliae nobilis abdit humus.

XL. *Inscriptio Tegeae.*

Nil nimium, pulchrum quod adest in tempore, dixit
Sodamus, dum me ponit, Eperatides.

XLI. *Alii sic de Chilone.*

Nil nimium, pulchrum quod adest in tempore: Chilon,
Cum dixit, sapuit, vir Lacedaemonius.

XLII. *Sub statua Chilonis ejusdem.*

Marte triumphatrix Sparte Chilona creavit,
De septem cujus gloria prima Sophis.

XLIII. *Sub statua Solonis.*

Medorum fastus Salamin quae contudit, illa
Legiferum sancta mente Solona dedit.

XLIV. *In Pittaci monumento.*

Pittacon urbs Lesbi sacra quae genuit Mitylene
Intulit & tumulo, lachrymarumque addidit imbrem.

Τὸ ἐπὶ τοῦ μνήματος τοῦ Κλεοβούλου.

Ἄνδρα σοφὸν Κλεόβουλον ἀποφθίμενον καταπενθεῖ
Ἥδε πάτρα Λίνδος πόντῳ ἀγαλλομένη.

Εἰς Φερεκύδην.

Τῆς σοφίης πάσης ἐν ἐμοὶ τέλος· ἢν δέ τι πλεῖον,
Πυθαγόρῃ τῷ 'μῷ λέγε ταῦθ', ὅτι πρῶτος ἁπάντων
Ἔστιν ἀν' Ἑλλάδα γῆν. οὐ ψεύδομαι ὧδ' ἀγορεύων.

Εἰς Ἀναξαγόραν.

Ἐνθάδ' ὁ πλεῖστον ἀληθείας ἐπὶ τέρμα περήσας
Οὐρανίου κόσμου κεῖται Ἀναξαγόρας.

Εἰς ἰατρόν τινα καλούμενον Ἄκρωνα.

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων', Ἀκραγαντῖνον, πατρὸς ἄκρου,
Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

Τινὲς δὲ τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται.

Ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

Τὰ ἑξῆς ἐπιγράμματα ἐστὶ τὰ ἐπὶ τοῖς τῇ
Κυψέλου λάρνακι ἐπιτεχνηθεῖσι.

Ἴδας Μάρπησσαν καλλίσφυρον, ἣν οἱ Ἀπόλλων
Ἅρπασε, τὰν ἐκ ναοῦ ἄγει πάλιν οὐκ ἀέκουσαν.

Ἄλλο.

Μήδειαν Ἰάσων γαμέει, κέλεται δ' Ἀφροδίτα.

Ἀλ-

XLV. *In Cleobuli sepulchro.*

Corde virum sapiente suum civem Cleobulum
  Extinctum plorat Lindos alumna maris.

XLVI. *De Pherecyde.*

Consummata in me sapientia: visne aliud quid?
Pythagorae dic ergo meo, longe omnibus ipsum
Grajugenis praestare: nihil mentitus in hoc sum.

XLVII. *De Anaxagora.*

Hic tumulus magnum, qui venit ad ultima veri
  De mundi rebus, condit Anaxagoram.

XLVIII. *De Medico Acrone nominato.*

Summus erat medicus, summo patre, summa sed hora
  Venit: Acron acram nunc Acragantis habet.

Vel sic.

  Venit: summa tenet nunc Acragantis Acron.

XLIX. *Sequentia inscripta erant operibus factis in Cypseli arca.*

Idas Marpessam formosam ab Apolline raptam
Ex templo repetit, corde haud nolente sequentem.

L. *Aliud.*

Imperio Veneris Medeam ducit Jäson.

Ἄλλο.

Λατοΐδας οὗτος τάχ' ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Μοῦσαι δ' ἀμφ' αὐτὸν, χαρίεις χορὸς, αἷσι κατάρχει.

Ἄλλο.

Ἄτλας οὐρανὸν οὗτος ἔχει, τὰ δὲ μᾶλα μεθήσει.

Ἄλλο.

Τυνδαρίδα Ἑλέναν φέρετον, Αἴθραν δ' Ἀθέναθεν
Ἕλκετον.

Ἄλλο.

Ἰφιδάμας, οὗτος τε Κόων περιμάρναται αὐτοῦ.

Ἄλλο.

Οὗτος μὲν Φόβος ἐστὶ βροτῶν· ὁ δ' ἔχων, Ἀγαμέμνων.

Ἄλλο.

Ἑρμείας ὅδ' Ἀλεξάνδρῳ δείκνυσι διαιτῆν
Τοῦ εἴδους Ἥραν καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀφροδίταν.

Ἄλλο.

Αἴας Κασσάνδραν ἀπ' Ἀθηναίας Λοκρὸς ἕλκε.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Δ'.

Ἐπιγράμματα ἐπιτάφια, ὧν ἐστι καὶ τὰ προταχθέντα εἰς ἀνδρείους, καί τινα τῶν ἀναθήμασιν ἐπιγραφέντων. ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ Ὁμηρικὸν ἓν, καὶ ἄλλο Σιμωνίδειον.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς Ἡροφίλην τὴν Σίβυλλαν.

Ἅδ' ἐγὼ ἁ Φοίβοιο σαφηγορίς εἰμι Σίβυλλα
Τῷδ' ὑπὸ λαϊνέῳ σάματι πυθομένα·

Παρ.

LI. *Aliud.*

Hic Latonigena eſt jaculis inſignis Apollo:
Blanda ducem circum comitantur turba Camoenae.

LII. *Aliud.*

Coelum geſtat Atlas, jamque aurea mala relinquit.

LIII. *Aliud.*

Palladis urbe Aethram rapiunt; Helenamque reportant
Tyndaridae.

LIV. *Aliud.*

Iphidamas, fortisque Coon in proelia ſurgunt.

LV. *Aliud.*

Terror hic eſt hominum, quem qui tenet, eſt Agamemnon.

LVI. *Aliud.*

Monſtrat Alexandro Junonem, Pallada, Cyprin
Mercurius, formaeque jubet diſcernere litem.

LVII. *Aliud.*

Caſſandram templo Locrus aufert Palladis Ajax.

TITULUS IV.

Epigrammata ſepulcbralia, cujus generis & ſupra de Viris fortibus, quaedam etiam eorum quae in donariis. Eſt autem in ſequentibus unum Homeri, nonnulla Simonidis.

I. INCERTI,
de Erophila Sibylla.

Quae populis Phoebi reſponſa Sibylla ferebam,
Mortua nunc hoc ſub marmore ſio cinis.

Vir-

Παρθένος αὐδάεσσα τοπρὶν, νῦν δ' αἰὲν ἄναυδος,
Καί μ' ἐπὶ Πατρόκλῳ θῆκεν πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

ἈΝΆΘΗΜΑ ΔΙΟΜΗΔΟΥ͂Σ.

Τυδείδης ἀνέθηκε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης,
Νικήσας ἵπποισιν ἐπὶ πλατὺν Ἑλλησπόντον.

ΠΑΥ'ΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΊΟΥ,
ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ Ἀνδρόκλου

Ἄνδροκλος, ὤπολλον, τόδε σοὶ κέρας, ᾧ ἔπι πουλὺν
Θῆρα βαλὼν, ἄγρας εὔσκοπον εἶχε τύχην.
Οὔ ποτε γὰρ πλαγκτὸς γυρᾶς ἐξᾶλτο κεραίας
Ἰὸς ἐπ' ἠλεμάτῳ χειρὸς ἐκηβολίᾳ·
Ὁσσάκι γὰρ τόξοιο πανάγρεος ἴαχε νευρὰ,
Τοσσάκις ἦν ἀγρεὺς ἠέρος ἢ ξυλόχου.
Ἀνθ' ὧν σοὶ τόδε, Φοῖβε, τὸ Λύκτιον ὅπλον ἀγινεῖ,
Χρυσείαις πλέξας μείλιον ἀμφιδέαις.

ΣΙΜΩΝΊΔΟΥ.

Δῆμος Ἀθηναίων σε, Νεοπτόλεμ', εἰκόνι τῇδε
Τίμησ', εὐνοίης εὐσεβίης θ' ἕνεκα.

ΛΕΩΝΊΔΟΥ, ΤΑΡΑΝΤΊΝΟΥ.

Γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο δαήμονος, ὅς ποτε λεπτῇ
Φροντίδι δηναιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο,
Ἀπλανέας τ' ἄμφω καὶ ἀλήμονας, οἷσιν ἐναργὴς
Ἰλλόμενος κύκλοις οὐρανὸς ἐνδέδεται.
Αἰνείσθω δὲ καμὼν ἔργον μέγα, καὶ Διὸς εἶναι
Δεύτερος, ὅστις ἔθηκ' ἄστρα φαεινότερα.

DONARIUM APOLLINI,
ab Achille.

Aere tripus ſolido Pythus penetralibus adſto,
Februa quem faciens Patroclo ſacravit Achilles.

DONARIUM DIOMEDIS.

Tydides dedit hoc Diomedes, voce tremendus,
Cum viciſſet equis Phryxei ad littora ponti.

PAULI SILENTIARII,
donarium Apollini ab Androclo.

Androclus hoc cornu tibi dat, jaculator Apollo,
  Cujus ope innumeras perculit ille feras.
Nam numquam curvo celer exſultavit ab arcu
  Falleret ut cupidam miſſa ſagitta manum.
Sed quoties ſonitum nervus dedit, ilicet ille
  Aut coelo praedam detulit aut nemore.
Propterea geminis innectens aurea vincla
  Finibus, arma dicat Lyctia, Phoebe, tibi.

SIMONIDAE.

Effigie colit hac te pro pietate fideque
  Mens populi Cecropis grata, Neoptoleme.

LEONIDAE, TARENTINI,
de Phaenomenis Arati.

Ingenio magni deductum carmen Arati
  Aſpicis: his ignes novimus aetherios,
Errantes ſimul & ſtantes, ad lumina quorum
  Multiplici clauſus ſaltat in orbe polus:
Doctae mentis opus laudabile, quippe ſecundus
  Ille Jovi, per quem clarius aſtra micant.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος; οὐ τὸν ἀοιδῶν
Ἔσχατον, ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσεις, Ἀρήτου σύντονος ἀγρυπνίη.

ΠΤΟΛΕΜΑΙ'ΟΥ, ΒΑΣΙΛΕ'ΩΣ,

εἰς τὸ αὐτό.

Πάνθ' Ἡγησιάναξ τε καὶ Ἕρμιππος τὰ κατ' αἴθρην
Τείρεα, καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ φαινόμενα
Βίβλοις ἐγκατέθεντο· ἀποσκόπιοι δ' ἀφάμαρτον.
Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρητος ἔχει.

ἌΔΗΛΟΝ.

Σπάρτης καὶ Σαλαμῖνος ἐγὼ φυτὸν ἀμφήριστον
Κλείω δ' ἠιθέων ἔξοχον ἃ πρόμαχον.

ΦΩΤΙ'ΟΥ, ΔΙΑΚΟ'ΝΟΥ,

εἰς Φιάλην, ᾗ συνάγονται τὰ περιττά.

Οἰνοχόῳ φίλον εἰμὶ μόνῳ δέπας, οὕνεκεν αὐτῷ
Βάκχον ἀολλίζω τὸν περιλειπόμενον.

Εἰς τὰ μέτωπα τῶν ἐναντιουμένων Θεοφίλῳ
Αὐτοκράτορι εἰκονομάχῳ.

Πάντων ποθούντων προστρέχειν πρὸς τὴν πόλιν,
Ὅπου πάναγνοι τοῦ Θεοῦ λόγου πόδες
Ἔστησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης,
Ὤφθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ,
Σκεύη πονηρὰ δεισιδαίμονος πλάνης,
Ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξ ἀπιστίας

Πρά-

CALLIMACHI,
de eisdem.

Hesiodi tenor hoc in carmine: non malus ille
Vates: sed metuo ne satus ille Solis
Quod pertricosum est sibi legerit. I. procul a me,
Noctis Arateae, tenuia verba, labor.

PTOLEMAEI, REGIS,
de eisdem.

Quae tempestatum rata signa Hegesianaxque
Hermippusque, alii quae rotat astra polus,
Inseruere libris; decepit sed labor omnes.
Sceptrum deducto carmine Aratus habet.

INCERTI.

Arbor, lis Spartae de qua fuit & Salamini,
Nunc juvenem egregium Martis honore tego.

PHOTII, DIACONI,
de phiala, in qua reliquiae vini colliguntur.

Pocla ministranti poclum non gratius ullum,
Namque illi e vino colligo, quod superest.

Inscriptum frontibus eorum, qui adversabantur Theophilo Imperatori Iconomacho.

Ingens ad urbem turba cum concurreret,
Ubi steterunt maximi Verbi pedes,
Non desituro gentis humanae bono,
Adspexit istos sanctus inprimis locus
Erroris instrumenta fingentes Deos,
Et inde multa cum peregissent mala

Fi-

Πράξαντες αἰσχρὰ δεινὰ δυσσεβοφρόνως
Ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστάται·
Πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφευγότες,
Οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθέσμους μωρίας.
Ὅθεν γραφέντες, ὡς κακοῦργοι τὴν θέαν,
Κατακρίνονται καὶ διώκονται πάλιν.

Τῶν ἐστιγμένων πρὸς Μεθόδιον τὸν Πατριάρχην
ἐν μνημείῳ ἐγκλεισθέντα.

Τῷ ζῶντι νεκρῷ, καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πατοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.

Ἀπόκρισις Μεθοδίου.

Τοὺς ταῖς βιβλοῖσιν οὐρανῶν κλησιγράφους,
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους,
Προσεῖπεν ὁ Ζώθαπτος ὡς συνδεσμίους.

Εἰς τὸν τάφον τῆς Κωνσταντίνης Αὐτοκράτορος
Μαυρικίου Γαμετῆς.

Ἄδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων Βασιλήων,
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου δὲ δάμαρ.
Ἡ πολύπαις Βασίλεια, καὶ ἡ δείξασα λοχίῃ,
Ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ,
Δήμου ἀτασθαλίῃ, καὶ μανίῃ στρατιῆς.
Τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα, τῆς τ' Ἰοκάστης,
Αἲ Αἴ, τῆς Νιόβης ἔμπνοος εἰμὶ νέκυς,
Ναὶ ναὶ τὸν γενέτην· τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν
Ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;

Ἡμε-

Fidem exuentes impiis ſententiis
Eliminantur transfugarum crimine.
Qui poſtquam ad urbem regiam confugerant,
Non deſierunt legis hoſtem inſaniam.
Haec propter ora noxia his picti notis
Rurſum jubentur egredi de finibus.

Illorum qui ſupra memorati in fronte punctorum ad Methodium Patriarcham monumento incluſum.

Tibi mortuus qui vivis & vivos facis,
Coeli colis qui templa dum terram teris,
Vincti iſta vincto ſcripta dant ſcripti duo.

Reſponſum Methodii.

Vos ſcripta quorum nomina in coeli libris,
Et frons colore picta ſanctimoniae
Vivens ſepultus vinctus haec vinctis loquor.

In tumulum Conſtantinae uxoris Mauritii Imperatoris.

Illa ego ſum infelix, regum modo dicta duorum
  Mauritii conjunx, filia Tiberii:
Quae docui foeta numeroſis partubus alvo
  In multis aliquod regibus eſſe bonum:
Hîc cum prole mea jaceo, cum conjuge: cauſa eſt
  Perfidia in populo, militiaeque furor.
Non Hecube tam ſaeva tulit mala, non Iöcaſte,
  Ut Niobae, vivit poſt mea fata cinis.
De patre praetereo. Sed cur rogo pignora caedi
  Addita ab humanis libera flagitiis?

Ἡμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκ ἔτι Ῥώμη,
 Ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηϊκίοις ἀνέμοις.

Εἰς ναῦν ἐκ λίθων, ἣν ἐν Εὐβοίᾳ
ἔθηκεν Ἀγαμέμνων.

Νῆα μελαίνην τήνδ' ἱδρύσατο τῇδ' Ἀγαμέμνων
 Ἑλλήνων στρατιῆς σῆμα πλοϊζομένης.

Εἰς Ῥωμαίων νίκην πρὸς Κασιλῖνον.

Ῥεῖθρα Κασιλίνου ποταμοῦ βεβαρημένα νεκροῖς,
 Δέξατο Τυρσηνῆς ἠϊόνος κροκάλη.
Ἡνίκα Φραγγικὰ φῦλα κατέκτανεν Αὐσονὶς αἰχμὴ,
 Ὁππόσα δειλαίῳ πείθετο Βουτιλίνῳ.
Ὄλβιον ἂν τόδε ῥεῦμα, καὶ ἔσσεται ἀντὶ τροπαίου
 Αἵματι βαρβαρικῷ δηρὸν ἐρευθόμενον.

Εἰς Χαιρήμονα ἐν Τράλλεσι.

Κλασθεῖσαν πάτρας σεισμῷ ποτὲ, Κάνταβριν εἰς γᾶν
 Χαιρήμων ἔπτα, πατρίδα ῥυσόμενος.
Καίσαρι δ' εἰλιχθεὶς περὶ γούνασι, τὰν μεγάλαυχον
 Ὤρθωσε Τράλλιν, τὰν τότε κεκλιμέναν.
Ἀνθ' ὧν συγγενέες οἱ τοῦτο βρέτας, ὄφρ' ἐπὶ βωμῷ,
 Οἷά γε δὴ κτίστας, τάνδε φέροιτο χάριν.

Περὶ ὕψια Ὀλύμπου.

Οὐλύμπου κορυφῆς ἐπὶ Πυθίου Ἀπόλλωνος
Ἱερὸν ὕψος ἔχει (πρὸς τὴν κάθετον δ' ἐμετρήθη)
Πλήρη μὲν δεκάδα σταδίων μίαν, αὐτὰρ ἐπ' αὐτῇ
 Πλέθρον τετραπέδῳ λειπόμενον μεγέθει.
Εὐμήλου δὲ μιν υἱὸς ἐθήκατο μέτρα κελεύθου
 Ξειναγόρας. σὺ δ' ἄναξ χαῖρε καὶ ἐσθλὰ δίδου.

ΚΛΑ-

Non ultra tibi, Roma, meis a frondibus umbra eſt,
  Radicem ventus Thracius exſecuit.

De nave e lapidibus, in Euboea poſita ab Agamemnone.

Haec eſt nigra ratis donum majoris Atridae,
  Cum dedit in ventos claſſis Achiva ſinus.

De Romanorum ad Caſilinum Victoria.

Unda Caſilini Tyrrheni ad littoris oram
  Fluxit barbaricis plena cadaveribus.
Butilini cum ſigna Deis inviſa ſequentes
  Occidit Francos haſta Latina viros.
Felix amnis, eris tu pro fulgente tropaeo
  Hoſtili longum ſanguine tinctus aquas.

De Chaeremone Trallibus.

Cum patriam tellus ſtraviſſet mota, volavit
  Chaeremon ſeri veſperis usque domos.
Caeſaris & tactis genubus famoſa ſuperbae
  Trallios erexit moenia lapſa ſolo.
Nunc ſtat honoratus ceu conditor alter in ara,
  Hac, illi populus quam dedit, effigie.

De Olympi altitudine.

Pythiaco a templo vertex aſſurgit Olympi,
Ad perpendiculum quod menſio facta docebat,
Totis, crede, decem ſtadiis & jugere, ſed bis
  Deducas binos ſi tamen inde pedes.
Menſus Xeinagoras Eumeli filius hoc eſt.
  Sis felix, o rex, & bona multa duis.

Kkk 2 CAL.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.

Ω'γρευτὴς, Ἐπίκυδες, ἐν οὔρεσι πάντα λαγωὸν
Διφᾷ, καὶ πάσης ἴχνια δορκαλίδος,
Στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχρημένος. ἢν δέ τις εἴπῃ,
Τῆ, τόδε βέβληται θηρίον· οὐκ ἔλαβε.
Χ' οὑμὸς ἔρως τοιόσδε. τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν
Οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται.

ἌΔΗΛΟΝ.

Τόνδε σοι αὐτοκράτωρ Σύλλας ἀνέθηκ', Ἀφροδίτη,
Ὡς εἶδον κατ' ὄνειρον ἀνὰ στρατιὴν διέπουσαν
Τεύχεσι τοῖς Ἄρεος μαρναμένην ἔνοπλον.

ἌΔΗΛΟΝ,

Ἐπὶ τοῦ Ἀθήνησιν ἐν Πυθίου Ἀπόλλωνος βωμοῦ.

Μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίστρατος Ἱππίου υἱὸς
Θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει.

ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ,

εἰς Ἀριστοφάνην.

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.



ΘΕΟ-

CALLIMACHI.

Venator leporem quemvis Epicydes in altis
  Montibus atque omnem persequitur capream,
In nive pressa legens vestigia: si quis at illi
  Dixerit, en jacet hîc haec fera, non capiat.
Plane talis amor meus est: fugientia captat:
  In medio cernit quae sita, transvolitat.

INCERTI.

Hanc tibi, sancta Venus, mitto dux Sulla coronam
Armatam, quia te legionibus induperantem
  Vidi, acies inter saevaque tela virûm.

INCERTI,

In Aram, quae in Pythii Apollinis templo erat, apud Athenienses.

Quo gestus signetur honos Pisistratus hoc dat
  Hippiades templo, Pythie Phoebe, tuo.

PLATONIS,

de Aristophane.

Immortale sibi templum cum Gratia triplex
  Quaereret, ecce animo sedit Aristophanis.



ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ΚΩΜΑΣΤΗΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ γ'.

Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα· ταὶ δέ μοι αἶγες
Βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει.
Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας.
Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μὴ τὺ κορύψῃ.
Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλὶ, τί μ' οὐκέτι τοῦτο κατ' ἄντρον
Παρκύπτοισα καλεῖς τὸν ἐρωτύλον; ἦ ῥά με μισεῖς;
Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἦμεν,
Νύμφα, καὶ προγένειος; ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς;
Ἠνὶ δέ τοι δέκα μᾶλα φέρω· τηνῶθε καθεῖλον,
Ὦ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ· καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἰσῶ.
Θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὸν ἄχος. αἴθε γενοίμαν
Ἁ βομβεῦσα μέλισσα, καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν,
Τὸν κισσὸν διαδὺς, καὶ τὰν πτέριν ᾇ τὺ πυκάσδῃ.
Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνας
Μασδὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ.
Ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.
Ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα· τὸ πᾶν, λίθος. ὦ κυανόφρυ
Νύμφα, πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον, ὥς τυ φιλάσω·
Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδεῖα τέρψις.
Τὸν στέφανον τῖλαί με καταυτίκα λεπτὰ ποιησεῖς,
Τόν τοι ἐγὼν, Ἀμαρυλλὶ φίλα, κισσοῖο φυλάσσω,
Ἐμπλέξας καλύκεσσι, καὶ εὐόδμοισι σελίνοις.
Ὤ μοι ἐγὼ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; οὐχ ὑπακούεις;

Τὰν

THEOCRITI

COMASTES; SIVE IDYLLION III.

Ibo meam visens Amaryllida, monte capellae,
Monte vagae pascunt, & agit mihi Tityrus illas.
Tityre, quo nullus potior mihi, pasce capellas,
Et potum pastas age, Tityre, & inter agendum
Occursare capro, cornu ferit ille, caveto.
O Amarylli decens, quin hoc, ut nuper, ad antrum
Me transversa tueris, amatoremque salutas?
An tibi nunc simus videor, promissaque longum
Est odio tibi barba? mori me denique coges.
Aurea mala decem tibi nunc, qua carpta volebas
Arbore, carpta fero: cras altera rursus habebis.
Cerne quibus macerer moeroribus: o mihi tantum
Si sit apem fieri, atque tuum penetrare sub antrum,
Per silicemque hederamque; quibus redimita refulges!
Nunc scio quid sit amor: gravis est Deus: ille leaenae
Uberibus nemorum propter querceta pependit;
Qui mihi nunc imis flagrans procul ossibus haeret.
Nigra superciliis, gratum quae Nympha tueris,
Tota lapis, circum me plectere, ut oscula sumas.
Oscula vana quidem, sed in his quoque multa voluptas.
Carpere me facies in centum frusta corollam:
Hanc, Amarylli, tibi servo: namque ipse plicavi
Errantes hederas, apiique frequentis odorem.
Hei mihi quanta miser patior mala! tu nihil audis!

Ibo

Τὰν βαίταν ἀποδὺς, εἰς κύματα τῆνα ἁλεῦμαι,
Ὧπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς.
Κἤκα μἀ'ποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἁδὺ τέτυκται.
Ἔγνων πρὰν, ὅκα μευ μεμναμένῳ εἰ φιλέεις με,
Οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα,
Ἀλλ' αὔτως ἁπαλῷ ποτὶ πάχεϊ ἐξεμαράνθη.
Εἶπε καὶ Ἀγροιὼ τἀλαθέα κοσκινόμαντις,
Ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις, οὕνεκ' ἐγὼ μὲν
Τὶν ὅλος ἔγκειμαι. τὺ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιῇ·
Ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω,
Τάν με καὶ ἁ Μέρμνωνος Ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως
Αἰτεῖ· καὶ δωσῶ οἱ, ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ·
Ἅλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ
Αὐτάν; ᾀσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὧδ' ἀποκλινθείς·
Καί κέ μ' ἴσως ποτίδῃ. ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐντί.
Ἱππομένης, ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι,
Μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν· ἁ δ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλλετ' ἔρωτα!
Τὰν ἀγέλαν χὠ μάντις ἀπ' Ὄθρυος ἆγε Μελάμπους
Ἐς Πύλον· ἁ δὲ Βίαντος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη
Μάτηρ ἁ χαρίεσσα περίφρονος Ἀλφεσιβοίας.
Τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν ὤρεσι μᾶλα νομεύων
Οὐχ οὕτως Ὤδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας,
Ὥστ' οὐδὲ φθίμενόν μιν ἄτερ μασδοῖο τίθητι;
Ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων
Ἐνδυμίων, ζαλῶ δὲ, φίλα γύναι, Ἰασίωνα,
Ὃς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι.
Ἀλγέω τὰν κεφαλάν· τὶν δ' οὐ μέλει. οὐκέτ' ἀείδω,
Κεισεῦμαι δὲ πεσὼν, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδοντι·
Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.

THEO-

Ibo tamen, saliamque istas, sine veste, sub undas,
Olpis ubi longa piscatur arundine thynnos;
Et si non moriar, at te mala nostra juvabunt.
Nuper enim, memini, signis rimabar amorem,
Infelix folium strepitus non edidit ullos,
Sponte sed in teneris positum mihi marcuit ulnis.
Sed nec anus cribro me vaticinata fefellit,
Cum legeret spicas, & diceret, omnis in illam
Perditus incumbis, quae te fastidit amantem.
At tibi cum geminis servatur capra capellis,
Quas sibi fusca dari Mermnonis Erithacis orat:
Et dabo: nam ludos faciunt tibi munera nostra.
En mihi nunc oculus dexter salit: an precor illam
Aspiciam! cantabo jacens sub tegmine pinus;
Fors erit, ut videat quoque me, nam ferrea non est.
Hippomenes fulvis rapidam Schoeneïda pomis
Distulit, & cursu celer institit: at bona virgo
Ut videt, ut perit, ut totam gravis occupat ardor.
Egit & ipse boves Amythaone natus ab Othry
In Pylon: at jacuit charum complexa Biantem
Pulchra futura parens laudabilis Alphesiboeae.
Et formosus oves propter juga pavit Adonis,
Quo succensa Venus traxit per membra furorem,
Mortuus a teneris nec secubat ille papillis.
Felix Jäsion, felix sopor Endymionis;
His equidem invideo, si vera, puella, fatebor:
Nam bona tanta dari credant qui posse profani?
Jam doleo caput: at nihil hoc tibi: carmina sistam:
Hic nunc exanimis collabar, & esca luporum;
Dulcius hoc omni credo tibi melle futurum.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ἙΛΈΝΗΣ ἘΠΙΘΑΛΆΜΙΟΣ.

ΕἸΔΎΛΛΙΟΝ ιή.

Ἐν ποχ' ἄρα Σπάρτᾳ, ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ,
Παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι,
Πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἐστάσαντο,
Δώδεκα ταὶ πρᾶται πόλιος, μέγα χρῆμα Λακαινᾶν,
Ἁνίκα Τυνδάρεω κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατὰν
Μναστήσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.
Ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι
Ποσσὶ περιπλέκτοις, περὶ δ' ἴαχε δῶμ' Ὑμεναίῳ.
Οὕτω δὴ πρώϊζα κατέδραθες, ὦ φίλε γαμβρέ;
Ἦ ῥά τις ἐσσὶ λίαν βαρυγούνατος; ἦ ῥα φίλυπνος;
Ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες, ὅτ' εἰς εὐνὰν κατεβάλλευ;
Εὕδειν μὲν χρῄζοντα καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τὺ,
Παῖδα δ' ἐᾶν σὺν παισὶ φιλοστόργῳ παρὰ ματρὶ
Παίσδειν ἐς βαθὺν ὄρθρον. ἐπεὶ καὶ ἔναν, καὶ ἐς ἀῶ,
Κεἰς ἔτος ἐξ ἔτεος, Μενέλαε, τεὰ νυὸς ἅδε.
Ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Ἐς Σπάρταν, ὅποι ᾧλλοι ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο.
Μοῦνος ἐν ἀμιθέοις Κρονίδαν Δία πενθερὸν ἑξεῖς.
Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ὤχετο χλαῖναν,
Οἵα Ἀχαιϊάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα.
Ἦ μέγα τοί κε τέκοιτ', εἰ μητέρι τίκτεν ὁμοῖον.
Ἄμμες γὰρ πᾶσαι συνομάλικες, ἧς δρόμος ὠυτὸς,
Χρισαμέναις ἀνδριστὶ πὰρ Εὐρώταο λοετροῖς,
Τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία·
Τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος, ἐπεί χ' Ἑλένᾳ παρισωθῇ.
Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφανε πρόσωπον,

Ποτ-

THEOCRITI

HELENAE EPITHALAMIUM;

SIVE IDYLLION XVIII.

Sic apud Oebalidas, & flavicomum Menelaum
Crinibus aptantes Hyacinthi serta puellae
Ante novum laetas thalamum duxere choreas,
Bissenae numero Spartanae gloria pubis,
Cum minor Atrides, Helenae post grata cupitae
Foedera, sopitus fera sub nocte jaceret.
Sic pariter junctae pedibus per mutua nexis
Applausere modis, quos omnis reddidit aula.
Stertere sic igitur solitum tibi mollis amator?
An quis es infirmis genibus nimis, inque soporem
Lubricus! an somno pariter, vinoque sepultus?
Si libuit dormire, prius dormire licebat.
At cum virginibus, cum cara matre, puella
Luderet in lucem: namque est tibi propria conjunx,
Totque dies, mensesque tibi servatur, & annos.
Sponse, tibi quis in hanc venienti sternuit urbem,
Totque inter proceres felix dedit omen amoris?
Unus Semideûm poteris gener esse Tonanti:
Unâ nata Jovis tecum sub veste tegetur,
Qualis nulla nurus inter spatiatur Achivas.
Pignora magna dabit, referent si pignora matrem.
Namque eadem nobis aetas, & more virili
Cursus ad Eurotan unctis fuit omnibus idem:
Viginti novies sumus aevi flore puellae,
Nec tamen est, Helenae, quae sese conferat, ulla.
Ut micat orta dies Aurorae lumine puro

Πότνια νὺξ ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν,
Πιείρη, μεγάλη. ἅτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ,
Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος·
Ὧδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος.
Οὔτέ τις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα,
Οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἤτριον ἱστῷ
Κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἔταμ' ἐκ κελεόντων.
Οὐ μὰν οὐ κιθάραν τίς ἐπίσταται ὧδε κροτῆσαι,
Ἄρτεμιν ἀείδοισα καὶ εὐρύστερνον Ἀθάναν,
Ὡς Ἑλένα, τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροι ἐντί.
Ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα κόρη, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη·
Ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
Ἐρψοῦμες, στεφάνως δρεψεύμεναι ἁδὺ πνέοντας·
Πολλὰ τεῦ, ὦ Ἑλένα, μεμναμέναι, ὡς γαλαθηναὶ
Ἄρνες γειναμένης ὄϊος μαστὸν ποθέοισαι·
Πρᾶταί τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
Πλέξασαι, σκιερὰν καταθήσομεν ἐς πλατάνιστον·
Πρᾶται δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
Λαζόμεναι, σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν πλατάνιστον.
Γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται (ὡς παριών τις
Ἀγνοίῃ) Δωριστὶ, Σέβου μ'· Ἑλένας φυτὸν εἰμί.
Χαίροις, ὦ νύμφα, χαίροις εὐπένθερε γαμβρέ.
Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος, ὔμμιν
Εὐτεκνίην. Κύπρις δὲ θεὰ Κύπρις ἶσον ἔρασθαι
Ἀλλάλων· Ζεὺς δὲ Κρονίδας Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον.
Ὡς ἐξ εὐπατριδᾶν εἰς εὐπατρίδας πάλιν ἔνθῃ.
Εὕδετ' ἐς ἀλλάλων στέρνον φιλότητα πνέοντες,
Καὶ πόθον. ἔγρεσθε δὲ πρὸς ἀῶ μή τι λάθησθε.
Νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον, ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς
Ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ ἀνασχὼν εὔτριχα δειρήν·
Ὑμὰν, ὦ Ὑμέναιε, γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης.

ΘΕΟ-

Poſt tenebras, ut ver tepidum poſt frigora brumae,
Aurea non aliter nos inter Tyndaris exſtat,
Pinguior & major. Seges in flaventibus arvis,
Theſſalus in curru ſonipes, cupreſſus in hortis,
Tyndaris in tota Lacedaemone pulchra renidet.
Nulla poteſt qualo tantos variare labores:
Nulla puellarum radio ſubtemina ducit
Doctior ordiri ſtantes tibicine telas.
Nulla fidis pulſu melius Latoïda cantat,
Pectoris aut multa mirandam mole Minervam,
Quam tua, quae cunctos oculis includit amores.
Dulcis at o virgo, tu jam matrona vocaris:
Nos, ubi mane novum, procul in viridantia prata
Ibimus, & carpemus olentes ſuave corollas;
Multa tui memores, Helene, ceu mollibus agnis
Ubera lanigerae ſitiuntur turgida matris;
Nos naſcentis humi, nos primae, vincula loti
Nexa tibi gelida platani ponemus in umbra.
Nos ex argento primae tibi flumen odoris,
Nos tibi ſub gelida platani libabimus umbra:
Unde legi poſſint, cortex tua ſcriptus habebit
Nomina: *Me venerare, Helenae ſum nobilis arbor.*
Gaudete, o felix ſocero gener, & bona conjunx.
Det Latona precor, Latona puerpera, vobis
Det ſobolem: Cypris pariles, Dea Cypris, amores:
Juppiter aeternas det opes, det Juppiter, olim
Nobilitas feros ut ditet avita nepotes.
Alter in alterius ſpirantes pectus amorem
Dormite, & memores mox ſurgite lucis Eoae.
Nos quoque mane redimus, ubi cervice comata
Lucis avis primae ſurgendi ſigna ſonarit:
Hymen o Hymenaee favens hoc foedere gaude.

ΘΕΟΚΡΙ'ΤΟΥ

Ο'ΑΡΙΣΤΥ'Σ ΔΑ'ΦΝΙΔΟΣ καὶ ΚΟ'ΡΗΣ.

ΕΙ'ΔΥ'ΛΛΙΟΝ κζ.

ΔΑ'ΦΝΙΣ, ΚΟ'ΡΗ.

Τὰν πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε βωκόλος ἄλλος·
Μᾶλλον ἔμ' ἤδ' Ἑλένα τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα.
Κ. Μὴ καυχῶ, Σατυρίσκε· κενὸν τὸ φίλαμα λέγουσιν.
Δ. Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.
Κ. Τὸ στόμα μευ πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.
Δ. Πλύνεις χείλεα σεῖο; δίδου πάλιν ὄφρα φιλάσω.
Κ. Καλόν σοι δαμάλας φιλέειν, οὐκ ἄζυγα κώραν.
Δ. Μὴ καυχῶ· τάχα γάρ σε παρέρχεται, ὡς ὄναρ, ἥβη.
Κ. Ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστι, καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.
Δ. Δεῦρ' ὑπὸ τὰς κοτίνους, ἵνα σοί τινα μῦθον ἐνίψω.
Κ. Οὐκ ἐθέλω· καὶ πρίν με παρήπαφες ἡδέϊ μύθῳ.
Δ. Δεῦρ' ὑπὸ τὰς πτελέας, ἵν' ἐμᾶς σύριγγος ἀκούσῃς.
Κ. Τὴν σαυτοῦ φρένα τέρψον. ὀΐζυον οὐδὲν ἀρέσκει.
Δ. Φεῦ, φεῦ· τᾶς Παφίας χόλον ἅζεο καὶ σύγε κώρα.
Κ. Χαιρέτω ἁ Παφία· μόνον ἵλαος Ἄρτεμις εἴη.
Δ. Μὴ λέγε, μὴ βάλλῃ σε, καὶ ἐς λίνον ἄλλυτον ἔλθῃς.
Κ. Βαλλέτω ὡς ἐθέλοι· πάλιν Ἄρτεμις ἄμμιν ἀρήγοι.
Μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξω.
Δ. Οὐ φεύγεις τὸν Ἔρωτα, τὸν οὐ φύγε παρθένος ἄλλη.
Κ. Φεύγω ναὶ τὸν Πᾶνα· σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις.

Δ. Δει-

THEOCRITI

OARISTYS;

SIVE IDYLLION, XXVII.

DAPHNIS, NYMPHA.

D. Paſtor & ipſe Helenam rapuit Paris: alter ab illo
Huic ego nunc Helenae merui plus paſtor amari.
N. Ne placeas, Satyriſce, tibi: nihil oſcula proſunt.
D. Oſcula nil proſunt: ſed in his quoque magna voluptas.
N. Os quoque detergo: ne ſola vel oſcula reſtent.
D. Os quoque detergis? da rurſus, ut oſcula ſumas.
N. Oſcula virginibus ceſſa dare: quaere juvencas.
D. Ne nimium: pereunt ut ſomnia, ſic perit aetas.
N. Uva manet, ſit paſſa licet: roſa marcida durat.
D. His oleis ſuccede tamen, quodque expedit audi.
N. Non libet: antiquas ſermonum novimus artes.
D. Hac tibi ſylveſtris cantabit avena ſub ulmo.
N. Me nihil iſta juvant, te, ſi libet, affice cantu.
D. Irritas Venerem virgo: vindicta parata eſt.
N. Alma Venus valeat: faveat modo Delia nobis.
D. Parcius: injiciet captae tibi Cypria caſſes.
N. Ut libet, injiciat; dum rurſus Delia ſolvat.
Labra tibi pungam, niſi jam manus improba ceſſet.
D. Non tamen effugies, quem nulla effugit, amorem.
N. Effugiam, per Pana meum. Quo, perfide, tendis?

D. Pe-

Δ. Δειμαίνω μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δώσῃ.
Κ. Πολλοί με μνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἕαδε.
Δ. Εἷς καὶ ἐγὼ πολλῶν μνηςὴρ τεὸς ἐνθάδ' ἱκάνω.
Κ. Καὶ τί, φίλος, ῥέξαιμι; γάμοι πλήθουσιν ἀνίας.
Δ Οὐκ ὀδύνην, οὐκ ἄλγος ἔχει γάμος, ἀλλὰ χορείην.
Κ. Ναὶ μὰν φασὶ γυναῖκας ἑοὺς τρομέειν παρακοίτας.
Δ. Μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τίνα τρομέουσι γυναῖκες;
Κ. Ὠδίνειν τρομέω· χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίης.
Δ. Ἀλλὰ τεὴ βασίλεια μογοςόκος Ἄρτεμίς ἐςιν.
Κ. Ἀλλὰ τεκεῖν τρομέω, μὴ καὶ χρόα καλὸν ὀλέσσω.
Δ. Ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι υἷας.
Κ. Καὶ τί μοι ἕδνον ἄγεις γάμου ἄξιον, ἢν ἐπινεύσω;
Δ. Πᾶσαν ταν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νομὸν ἑξεῖς.
Κ. Ὄμνυε, μὴ μετὰ λέκτρα, λιπὼν ἀέκουσαν, ἀπέλθῃς.
Δ. Οὐ, μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα, καὶ ἢν κ' ἐθέλῃς με διῶξαι.
Κ. Τεύχεις μοι θαλάμους, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς
Δ. Τεύχω σοι θαλάμους, τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύω.
Κ. Πατρὶ δὲ γηραλέῳ τίνα κεν τίνα μῦθον ἐνίψω;
Δ. Αἰνήσει σέο λέκτρον, ἐπὴν ἐμὸν οὔνομ' ἀκούσῃ.
Κ. Οὔνομα σὸν λέγε τηνο. καὶ οὔνομα πολλάκι τέρπει.
Δ. Δάφνις ἐγὼ, Λυκίδας δὲ πατὴρ, μήτηρ δὲ Νομαίη.
Κ. Ἐξ εὐηγενέων· ἀλλ' οὐ σέθεν εἰμὶ χερείων.
Δ. Οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα· πατὴρ δέ σοι ἐςὶ Μενάλκας.
Κ. Δεῖξον ἐμοὶ σέθεν ἄλσος, ὅπῃ σέθεν ἵςαται αὖλις.
Δ. Δεῦρ' ἴδε πῶς ἀνθεῦσιν ἐμαὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι.
Κ. Αἶγες ἐμαὶ βόσκεσθε· τὰ βωκόλω ἔργα νοήσω.
Δ. Ταῦροι καλὰ νέμεσθ', ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω.
Κ. Τί ῥέζεις, Σατυρίσκε; τί δ' ἔνδοθεν ἄψαο μαζῶν;
Δ Μᾶλα τεὰ πρώτιςα τάδε χνοάοντα διδάξω.
Κ. Ναρκῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα· τεὴν πάλιν ἔξελε χεῖρα.
Δ. Θάρσει, κῶρα φίλα· τί μοι ἔτρεμες; ὡς μάλα δειλά.
Κ. Βάλλεις εἰς ἀμάραν με, καὶ εἵματα καλὰ μιαίνεις.

Δ. Ἀλλ'

D. Pejori vereor ne ſis nuptura marito.
N. Multi me petiere proci, ſed nemo placebat.
D. Unus ego e multis tuus huc, pulcherrima, veni.
N. Et quid agam, ſi ſunt connubia plena dolorum?
D. Non mala, non luctus; ſolas fert taeda choreas.
N. Fama refert nuptis metuendos eſſe maritos.
D. Verius eſt parere viros: quem nupta timeret?
N. Horriferos partus, Lucinae tela, tremiſco.
D. Haec eadem partus, quae vos quoque, Delia curat.
N. Forma puerperio, meus eſt timor iſte, peribit.
D. Si paries, paries dulces, nova gaudia, natos.
N. Si volo, quae thalamis das dona jugalia noſtris?
D. Iſta tibi ſaltumque gregemque & paſcua dono.
N. Jura igitur, ne me viduam poſt foedera linquas.
D. Non equidem per Pana meum, licet ipſa fugares.
N. Ergo mihi thalamos ſtruis, & ſtruis atria & aedes?
D. Et thalami fient, & grex tibi paſcitur iſte.
N. Aſt ego, quae referam ſeniori verba parenti?
D. Audiat ipſe meum fac nomen, & ipſe probabit.
N. Dic igitur; nam ſaepe juvat quoque nomen amantes.
D. Daphnis ego, Lycida natus patre, matre Nomaea.
N. Non tibi ſum diſpar tam clara gente creato.
D. Nec certe praelata: pater tibi namque Menalcas.
N. Duc age me ad ſaltus & textas vimine caulas.
D. Cerne meas primo vernantes flore cupreſſus.
N. Ite: boves dominumque boum ſequor: ite capellae.
D. Dum nemus hoc monſtro dominae, vos paſcite tauri.
N. Quid facis hic intus Satyriſce, quid ubera palpas?
D. Has juvat albentes primum tetigiſſe papillas.
N. Obteſtor per Pana: manum jam tolle: fatiſco.
D. Parce metu mea vita; nimis formidine percas.
N. Quid me agis in foveam? niveos foedabis amictus.

Δ. Ἀλλ' ὑπὸ σοὺς πέπλους ἁπαλὸν νάκος ἤνιδε βάλλω.
K. Φεῦ, φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέσχισες. ἐς τί δ' ἔλυσας;
Δ. Τᾷ Παφίᾳ πρώτιστον ἐγὼ τόδε δῶρον ὀπάζω.
K. Μίμνε, τάλαν. τάχα τίς τοι ἐπέρχεται· ἦχον ἀκούω.
Δ. Ἀλλήλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.
K. Τὠμπέχονον ποίησας ἐμὸν ῥάκος· εἰμὶ δὲ γυμνά.
Δ. Ἄλλην ἀμπεχόνην τῆς σῆς τοι μείζονα δώσω.
K. Φῂς μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.
Δ. Αἴθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.
K. Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα· σὴ ἐργατὶς οὐκέτι πιστή.
Δ. Ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι, καὶ αὐτᾷ βοῦν Ἀφροδίτᾳ.
K. Παρθένος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρψω.
Δ. Ἀλλὰ γυνὴ μήτηρ, τεκέων τροφὸς, οὐκέτι κώρα.
Ὣς οἱ μὲν, χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν,
Ἀλλήλοις ψιθύριζον· ἀνίστατο φώριος εὐνή.
Χἡ μὲν, ἀνεγρομένη, διέστιχε μᾶλα νομεύειν,
Ὄμμασιν αἰδομένη, κραδίη δέ οἱ ἔνδον ἰάνθη·
Ὃς δ' ἐπὶ ταυρείας ἀγέλας, κεχαρημένος εὐνᾷ.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΥ,

Τοῦ τὴν Ἡράκλειαν ποιήσαντος.

Ἐπίγραμμα, κ'.

Τὸν τοῦ Ζανὸς ὅδ' ὕμμιν υἱὸν ἀνὴρ,
Τὸν λεοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα,
Πρᾶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὡ 'κ Καμείρου,
Χὤσσους ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλους;
Τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος, ὡς σάφ' εἰδῇς,
Ἔστασ' ἐνθάδε, χάλκεον ποιήσας,
Πολλοῖς μασὶν ὄπισθε κἠνιαυτοῖς.

D. Sed paro molle tuis vellus subtexere peplis.
N. Ergo (quis hic furor est?) etiam mihi cingula solvis?
D. Hoc Paphiam primo placabo munere Divam.
N. Desine: nescio quis venit huc: sonus attigit aures.
D. Cupressus aliis aliae tua foedera narrant.
N. En etiam pallam laceras: ego nuda relinquor.
D. A me palla tibi donabitur altera major.
N. Omnia promittis, nec tantum forte daturus.
D. O possem si cuncta, vel hanc impendere vitam!
N. Parce precor, Diana: fidem tibi dicta refelli.
D. Et bove nos Veneri, & vitula faciemus Amori.
N. Foemina facta Lares repeto quos virgo reliqui.
D. Foemina, sed mater: nec, ut ante, puella, sed altrix.
Sic hilares illi, sic carmina laeta susurro
Furtivos suadente thoros alterna canebant:
Altera dum surgens pecudes pastura relictas,
Quamvis pectore laeta, pudentibus iret ocellis;
Et laetus thalamis, armenta reviseret alter.

IN STATUAM

PISANDRI,

EPIGRAMMA XX.

Aeterni sobolem Tonantis illum,
Et dextra & domito leone notum,
Vatum quotquot erant ubique, primus
Pisander celebravit ex Camiro,
Cujus sunt labor Herculis labores.
Hunc ipsum pia cura civitatis
Hic, ut noveris, aereum locavit
Multis postea mensibusque & annis.

PETRI DANIELIS HUETII NOTÆ

AD ANTHOLOGIAM EPIGRAMMATUM GRÆCORUM.

AD LIBR. I.

LIB. I. T. I. ep. 3. Ἀντιπάτρου εἰς Ἀρίαν.] Tarſenſis fuit Arias ille, ac propterea pernicitatem ejus confert Antipater cum pernicitate Perſei, Tarſi conditoris. Id nos monere debuerant Interpretes. Quod Pegaſo inſidentem fingit Perſeum Brodaeus, Vir eruditus, unico defendere poteſt Ovidii Teſtimonio:

* *Victor Abantiades alite fertur equo.*

At caeteri omnes Poëtae, & Ovidius ipſe aliis locis, Mercurii talaria Perſeo tribuunt, Pegaſum Bellerophonti. Quin & hoc ipſo loco Bellerophontem videtur ſignificare Ovidius: nam Perſeum ſuperiore verſu deſignavit cum diceret, *Nos pedibus pennas dedimus*. Abantiaden autem appellat Bellerophontem, lapſus memoria: non quod Abantem ullum inter avos habuerit, ut confingunt Grammatici.

T. 3. ep. 8] Μνασάλκου τῇ Ἀφροδίτῃ. Imo τῇ Σύριγγι.

T. 5. ep. 25. Ὀθρυάδην Σπάρτης, &c.] Hujus diſtichi ſententia imperfecta eſt & pendula. An excidit pars epigrammatis? an ſupplendum σίγα, vel ἀυχεῖς, per interrogationem, vel aliquid ſimile? Plane alterutrum dicendum eſt. Scaliger in notis codici ſuo adſcriptis, qui penes nos eſt, hoc diſtichon a ſequenti Epigrammate dividebat, & truncum eſſe a capite & a calce putabat. Pro ἄρεος quod ſequitur, ad oram

* *Ovid. Amor. libr.* 3. *Elig.* 12. *vs.* 24.

oram ejusdem codicis, manu ut videtur altera adscriptum fuit ἄβριος, quod probamus.

In sequenti Epigrammate manus eadem, a Scaligerana uti quidem videtur diversa, pro κακῆς proponebat καινῆς. Hoc non patitur sententia, neque illud modulus syllabae. Peccatum tamen potius velim in syllaba, quam in sententia.

T. 5. ep. 29. Θείων ἄγχι βέβακε θρόνων.] Scribe, ἀγχιβέβακε.

T. 7. ep. 2. Βρόντα, καὶ πάλι κύκνος ἔσῃ.] Hoc est, si minis me terrere pergis, ego te iterum cycnum faciam.

T. 9. ep. 1. Ἐις τὸν φθείραντα τὴν ἑαυτοῦ μητρυιάν.] Imo, μητέρα. Qui matrem incesto polluerat, non, ut censet Brodaeus, interfecerat.

T. 11. ep. 3. Σοὶ δ' εἴκει μελπομένῳ γλαφύρα]. Ludit in ambiguo: nam si scribas Γλαφύρα, nomen erit tibicinis quem alloquitur: si scribas γλαφυρὰ, sensus erit, suaviter canis. Addit, οὔνομα καὶ τέχνης καὶ σώματος, hoc est, Venustus es arte & corpore.

T. 12. ep. 5. Καὶ κλαίω μιλίῃ, καὶ γελόω μιλίῃ] Adscriptum manu erudita ad oram exemplaris Scaligerani, καὶ κλαιωμιλίῃ, καὶ γελοωμιλίῃ. Acute. Sensus est, eum sic flenti adfles, ridenti arrides, fit quaedam fletus & risus societas. Gallice dicimus, *Pleurer, rire par compagnie.*

T. 13. ep. 1. Ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν.] Μάκαρες quoque & μακαρῖται vulgo apellabantur. Felices a Romanis. Unde Qnintilianus in Prooemio libr 6. *Felix decessit.* Et salse Horatius, * *Omnes composui. felices.* Atque hinc origo Gallicae dictionis *Feu*, quam praefamur omnibus recens defunctorum. *Feu* pro *Feux*: hoc pro *Felix.* Quod solerter deprehendit Menagius noster.

T. 13. ep. 4. Κήδεα καὶ πινυταὶ πρήξιες.] Scribe Κύδεα, nam Juliani epigramma, quod huic plane consentit & paulo inferius subest, habet εὔχου.

T. 14. ep. 1. Τὸν λοιμοῦ λύτορα.] Nemo non videt scribendum esse λιμοῦ.

T. 20. ep. 2. Ὀυκ ἐμὸν ἡμετέροις, &c.] Virgilius Georg. 2. *vs.* 82. *Miraturque novas frondes & non sua poma.* Et paulo post: ἀχρὰς ἐν εὐκάρποις δένδρεσιν ἐγγράφομαι. Ludit in ambiguo: Inscribor vel inseror in arboribus foecundis. Nam ἐγγράφομαι significat & ἐγκεντρίζομαι. Ex dictione Graeca prodierunt nostrae, *Greff*, *Greffer.*

T. 20. ep. 14. Φρίσσουσαν κῶμον]. Manu ignota adscriptum codici Scaligerano, κῶνον, quasi pro pinu ponatur κῶνος. Sed id sine teste non probamus.

T. 20. ep. 16. Πτόρθον δ' ἐπὶ δένδρῳ.] Scribe πτόρθος.

T. 20. ep. 19. Μῆλον ἐγὼ στρούθειον.] Lege ἄγω.

T. 22. ep. 3. Καὶ πάλιν εἰς ἀΐδην ἐκολάζετο.] Emendatum manu eadem ignota in libro Scaligeri, ὀκλάζετο. Quasi supplicaturus Platoni, & facti poenam deprecaturus. Sed repugnat istud

* *Horat. libr.* 1. *Sat.* 9. *vs.* 28.

istud πάλιν, nondum enim Orco supplicaverat. Itaque nihil muto.

T. 22. ep. 9. Νυκτὸς ἐπιςῆναι φασὶ Σάραπιν ὄναρ.] Serapin per somnum videri hominibus, eorumque saluti prospicere, cognosces ex Tacito Hist. Libr. 4. cap. 81. & 84.

T. 23. ep 7. Δείματι γὰρ Μόβσῶν.] Conjectabam πόσιος. At ignotus ille emendator, vir sane ingeniosus, ad oram codicis Scaligerani scripserat, γ' ἁρμόβσων, quod nempe prima illa Veneris initia vi coalescant; vel quod Venere constent & compingantur vitae principia.

T. 24. ep. 1. Ἀροτροπόνου ζεύγλας.] Lego, ἀροτροπόνους. Scaliger vero legi jubebat, μετ' ἀροτροπόνου ζεύγλης.

T. 24. ep. 2. Τίνας ἂν εἴποι λόγους Μελέαγρος.] Poëta auctor epigrammatis.

T. 26. ep. 5. Σοί με θρηΐκίης, &c.] Epigramma hoc nuncupatio fuit Poëmatis, quo victoriae ducis alicujus a Bessis & Thracibus reportatae celebrabantur.

T. 27. ep. 6. Ἐν πολλῷ τικτόμενος πελάγει] Scribe, τεγγόμενος.

T. 27. ep. 9. Ἔςι δ' ὁ παῖς περίσαμος. ἐν εἰκόσι πᾶσι μάθοις νιν] εἰκόσι, quasi ab εἰκὼν arcessit Scholiastes, quod ineptum est. Scribo ἐν εἴκοσι παισὶ μάθοις νιν. Insignis est puer: inter viginti pueros hunc agnoveris.

T. 29. ep. 1. Ἡ καὶ ἔτ' ἐκ βρέφεος, &c.] Videtur pertinere hoc epigramma ad caput 19. εἰς γυναῖκας.

T. 30. ep. 3. Ἀλέπποτον Τὸν λύκον, &c.] Inscribi debuit pro epigrammatis argumento, Τίνας ἂν εἴποι λόγους ἀιξ ἢ ὅις λύκον τρέφειν ἀναγκασθεῖσα.

T. 31. ep. 6. Οἱ δὲ τῷ νεηκόρῳ] Reddunt Interpretes, aedituo. Perperam. Aliud est νεηκόρος, aliud νεωκόρος. Hoc *aedituum* sonat, istud *navituum*, si ita loqui fas est; hoc est, navis custodem & versorem. Ludit in verbo, ut & in ἀρωγοναύτας.

T. 33. 1. Ἔμπλεον εἰδοῦσα.] Doctus emendator ad oram Scaligerani libri, οἰδοῦσαν. Puto volebat οἰδῆσαν. Sed nihil muto.

T. 33. ep. 17. ψῆγμα πυρὸν] Idem emendator, ψῆγμ' ἄπυρον, prandium nempe non coctum.

T. 33. ep. 18. Νέστορος εἰς τὸν Πύθιον δράκοντα] Hoc videtur esse fragmentum majoris operis.

T. 38. ep. 4. Ἀλλὰ ποθ' αὐτοὺς, αὐτῷ μοι παραθείς] Lego, ἀλλά ποθ' οὗτος, ἥν τίς μοι παραθείς. Supple, ᾖ.

Postremo versu, Καὶ λύει.] Lego, λυέτω, vel λύσει.

T. 43. ep. 1. Ζηλήμονι Ῥήνῳ] Eleganter dictum, quod liberos exploret, mergens adulterinos, ingenuos sustinens. Mox emenda, ἐλεγξιγάμου.

T. 44. ep. 3. Γράμμα Λεωνίδεω, Δίςιχα γὰρ ψήφοισιν ἰσάζεται] Leoniden Alexandrinum intellige, scriptorem Isopsephorum, quae in sequentibus libris reperies. Disticha calculis aequata, sunt ista Isopsepha. Quae quid sint, infra docebimus. Plane hic caecutiunt Interpretes.

T. 45. ep. 1. Τὸνδ' ὕπνου πουλὺς ἔρειψε κόπος.] Lego ὕπνῳ.

T. 46. ep. 1. Ἀλλόμενος κύκλοις, &c.]

&c] Ignota manus ad oram Scaligerani codicis, ἰλλόμενος, quod probamus.

T. 46. ep. 3. Δοιὰ δ' ἐν ἀμφοῖν Μέτρα πιὼν, &c.] Pocula duo in hemisphaerium excavata erant; alteri insculpta erant borealia signa, alteri australia: Exhauri utrumque nostrum, inquiunt pocula; astra omnia videbis, quippe nobis insculpta: praetereaque ita cerebro commoveberis ex vino, ut coelum cum astris omnibus sis visurus, etiam media luce; vel, ut fert Gallicum adagium, mille lampades meridie visurus sis.

T. 47. ep. 2. Κωμάζω, &c.] Haec in hominem conveniunt Astronomiae & Musicae inpense deditum, qui nullam aliam sibi placere conversationem ait, quam coeli choreas spectare, & citharam pulsare.

T. 47. ep. 3. Ὁ πρὶν ἀεὶ, &c.] Ἐπίγραμμα αἰνιγματῶδες, κατὰ χαλκέως τινὸς, ὀνόματι Σατύρου, ἢ οὕτω διὰ τὴν δυσμορφίαν ὠνομασμένου, ὅπλα ἐυγενεῖ τινι νεανίᾳ χαλκεύσαντος, πένητος δέ' ἅτε δὴ μεθύσου τὸ πρὶν καὶ οἰνόφλυγος.

Sequitur, διχθάδιον κατὰ κῶμον.] Lego, κῶλον.

Tum Ἀλυκτοπέδῃσιν.] Τῆς πενίας δηλονότι.

T. 47. ep. 4. Πολύκροτον ἅμμα καθάψας.] Emendabat Scaliger, ἅλμα. Frustra, nam ejusdem argumenti est hoc epigramma ac superius; paupertatem enim ei vincula injecisse, ut mox, ἀλυκτοπέδῃσι λυγωθείς.

T. 49. ep. 1. Εὐσέφιδός, &c.] Videtur pertinere hoc Epigramma ad caput superius περὶ μετριότητος.

T. 54. ep. 1. Ἠμαύρωτό τε, κὴν ἴδε.] Hoc est, & si extra Olympum respiciat Sol, nihil tale cernet. Anteferam receptam hanc lectionem alteri huic Scaligeri, ἠμαύρωτο, καὶ ἦν ἴδῃ, id est, & ecce extra Olympum nihil tale cernet.

T. 54. ep. 2. Ἀθηναιὴν πολεμοδόκον.] Lego πολεμαδόκον. Distingue deinde; κατ' ἐνόροφον.

T. 55. ep. 8. Ναυηγοὶ δ' ἐσὶν ἔσω λιμένος.] Nautae cum se e navi in mare misissent, ut natando portum tenere possent, fluctibus obruti sunt & in portum expulsi.

T. 55. ep. 10. Ἀλλὰ καὶ ἡνίκα γαῖα καὶ ὠδίνεσσιν ἀπήμων ἀυχεῖς.] Sensus est. At cum te, o mare, propter halcyonum partus innoxium, & alteram terram esse jactas. Valeat ergo Scaliger cum sua conjectura, γαίᾳ καὶ νήεσσιν.

T. 55. ep. 12. Ἐθραύσθης Ἠλεῖα, &c.] Pertinet hoc Epigramma ad caput εἰς μέθην. Pro, ἠλεῖα, legendum, ἡδεῖα.

T. 55. ep. 13. Χήρων οὐδ' ὑγρῷ, &c.] Pro, χάρων, Jonice.

T. 56. ep. 3. Οὔποτ' ἔκνωσσε.] Cave admittas εἴποτε, aut receptam lectionem adulteres.

T. 56. ep. 5. Ταῦθ' ὁ Πρίηπος ὔμμιν ἐνορμίταις.] Lege, ἐνορμίτης. Quod non fugit Brodaeum. Priapus dictus est ἐνορμίτης, λιμενορμίτης, λιμενίτης, αἰγιαλίτης.

T. 56. ep. 8. Πίτνατε δ' ἐυπτερύγων.] Recte Scaliger, εὖ πτερύγων.

T. 56. ep. 11. Ἐπ' ἠϊόνων.] Lego, ἀπ' ἠϊόνων.

T. 57.

T. 57. ep. 9. Χέρσῳ τὴν πελάγευς ἐλπίδα μεμφομένη] Exprobans terrae me in ea periisse, quod a mari solum timere posse videbar. Ἐλπὶς sumitur & in malam partem. Vel exprobrans terrae me in ea damnum hujusmodi accepisse, cui a mari remedium sperare potui, unde timendus erat interitus.

T. 58. ep. 1. Λιτοὺς, ἀλλ' οἰκτρὴν] Lego, Λιτοί.

T. 60. ep. 4. Ἠερίης κόλπον ἔδυ νεφέλης] Νεφέλαι, & νέφεα, retia tenuissimis linis contexta ad capiendas aves. * Horum meminit Hesychius; illorum Aristophanes. † Satyrius infra, ὀρνίθων λεπτόμιτον νεφέλην. Et Zosimus, πτηνολέτιν νεφέλην. Et § Antipater, γηραλέον νεφέλας τρῦχος. — Sic Petronius tenuissimam vestem & pellucidam eleganter appellat *ventum textilem* & *nebulam lineam*: ** Tibullus linteola, *carbaseos ventos*. Fulgentius: *Astiterant syrmate nebuloso lucidae ternae viragines*. Quippe & tenuissimae ac pellucidae vestes nebulae dictae.

Ἀνέκδρομος quod sequitur, idem est ac πανάφυκτος sequentis epigrammatis, *inevitabilis*.

T. 60. ep. 6. Αἱ πλαστὰι κηρῶν, &c] Lego, ἃ, ut superiore versu, ἃ καλὸν ἀυτοπόνητον.

T. 61. ep. 1. Ἐις τὰ λυτὰ ζήνωνχ.] Scribe, εἰς τάβλαν ζήνωνος, vel, εἰς ταύλαν. Sic libro v. cap. 82. habes Pauli Silentiarii epigramma, εἰς τάβλαν. Tablam sive Tabulam, ludum fuisse a Palamede inventum, scribit Suidas. Inde ταβλίζειν, Tabula ludere. Ludus is erat calculorum, cujus frequens in recentioribus Graecis Latinisque scriptoribus mentio. Hoc epigramma erudite expositum habes a Salmasio in Notis ad Vopisci Proculum.

T. 62. ep. 1. Ψευδόμενοι ῥινῶν ὀξὺν εἶβον, &c.] Postremum hoc fuit distichon, ἐξαστίχου quod repraesentavit Scaliger in suo codice, unde cognoscas quam misere habita sint haec Epigrammata.

Ἕρδοι τὴν ἔμαθέν τις, ὅπου καὶ ὑπ' Ἄλπιας ἄκρας
Αἰγεῖαὶ λασίαις ἀμφίκομοι κεφαλαῖς,
Φωρῆς ἁπτόμενοι, φύλακας κύνας οὐδ' ἀλέονται.
Χριόνται νεφροῖς, πῖαρ ἄκεσι νόσου.
Ψευδόμενοι ῥινῶν ὀξὺν εἶβον· ὦ κακὸν εὑρεῖν.
Ῥήτεραι Αἰγυών μήτιες, ἢ ἀγαθόν.

Ubi Ligures comati, & vetustis temporibus, quemadmodum & caeteri Galli. Etsi scripsit †† Lucanus tonsos fuisse Caesaris aevo. Sed id accipiendum de optimatibus, & magnarum urbium incolis, qui sumserant togam & comam posuerant. At latrones illi inculti & horridi comam alebant.

T. 64. ep. 1. Ὡς οὐδὲν γλύκιόν γ' ἧς πατρίδος.] Lego γῆς.

T. 65. ep. 1. Στυγνὰς ἄφυται, &c.] Hoc Statyllii Flacci epigramma a sequenti perperam divulsum est.

* *Hesych. in* Νέφεα. *Aristoph. Avib. vs.* 528. † *Anthol. l.* 6. *tit.* 15. *ep.* 1. § *Lib* 6. *tit.* 5. *ep.* 19. ** *Tibull. libr.* 3. *Eleg.* 2. *vs.* 21. *Fulgent. Mythol.* 1. *p.* 607. †† *Lucan. libr.* 1. *vs.* 442. [Ubi Vid. Oudendorpii notas.]

est Colloquium est Fontis & Viatoris. Fontis haec erat natura, ut strepitu coacesceret, silentio dulcesceret. Ait itaque Fons: Hauri tacite, o Viator. Quid ita? inquit ille. Subjicit Fons, jam non hauries. Respondet Viator, Cujus rei gratia me a te absterres, & vetas haurire? Quippe, inquit Fons, homo loquax es & turbulentus; solisque tacentibus dulces aquas subministro. At Viator, Profecto difficilis es, o Fons. Regerit Fons, Aquas meas degusta, longe difficiliorem me dices. Degustat Viator & exclamat, O insuavem potum! Conrra fons, O insignem loquacitatem! * Narrat Aristoteles, & ex Aristotele † Sotion, fontem quemdam prope Syracusas, accedente hominum turba, exundare. Alii memorantur vocis sonitu intumescere: quidam turbidus fieri conviitiis, laudibus limpidus.

T. 67. ep. 17. Πουλὺς ἔπειγε κύμην.] Scribe, ἔσειγε.

T. 67. ep. 19. Τοὔνεκα σὺ πρώτως μὲν.] Recte emendatum a viro erudito in codice Scaligeri, σὺν πρώτοις.

T. 67. ep. 21. Μικρή τις, &c.] Poëta, *o Bacche*, qui pulcre officio suo fungitur, verbulo uno rem absolvit; ait enim, Vinco, nec prolixiori vocabulo utitur. Cui autem non faustus aspiraveris, is interroganti cuipiam, Quomodo tibi res processit? respondet, Gravia & molesta sunt, quae evenerunt. Hoc dictum ei contingat, qui aequo longiora meditatur; molesta ei contingant: mihi vero contingat breviloquentia dictionis hujus, Vinco.

T. 70. ep. 3. Ἡ γὰρ ἐν ὅπλοις.] Scribe, ἦ γάρ.

T. 70. ep. 4. Παρίστασο καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ.] Hoc est, Macte animo.

T. 70. ep. 11. Αἰπολικὸν μήκυμα.] Quae greges caprarum videndos datis. Sic pag. seq. δείκνυσθ' ἐυμύκων αὔλια βουκολίων.

T. 70. ep. 14. Μοῦναι ἀπόρρητοι, &c.] Quod gemino mari vicina esset Corinthus, idcirco Nereïdibus notior esse fingitur; quae se ejus Alcyones esse ajunt, hoc est, dolores ejus lugere.

T. 70. ep. 18. Βοῦρα καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλωσμέναι.] Lege, κεκλυσμένα.

T. 73. ep. 1. Θολεραῖς δ' ἠράνισ' ἐν νεφέλαις;] Lege, ἠράνισαι νεφέλαις;

T. 73. ep. 3. Ἱμερόεις Ἀλφειὲ, &c.] Pars videtur majoris operis, unde fragmenti hujus pendet intellectus.

Ἐὼν ὀχετηγὸς ἐρώτων.] Lege ἐών.

T. 74. ep. 1. Νῆσαν πῦρ, καὶ ἦν ἄξυλον.] Scribe, νῆσαν πυρκαϊὴν ἄξυλον.

T. 74. ep. 4. Οὗτος δρᾶται; ἔστι τίνος ψυχῆς, &c.] Egregie restitutum a viro docto in codice Scaligeri, οὗτος ἐρᾶται; ἔστι τίνος ψυχῆς. &c.

T. 80. ep. 4. Τύχη καπηλεύουσα, &c.] Epigrammatis hujus & trium sequentium argumentum videtur petitum ex templo Fortunae, quod vetustate collapsum in cauponam mutatum est. Id ex istis colligas, ἣ πρὶν νηὸν ἔχουσα καπηλεύεις μετὰ γῆρας, ep. 7. & ex illis, τὰς ἀτυχεῖς πτώσεις. ep. 6. Ἀσυγκέραστον τὴν φύσιν κεκτημένη, καὶ συγ-

* *Arist. De mirab. auscult. tom.* 1. *p.* 1154. *edit. Du Vallii.*

† *Tom.* 6. *p.* 124. *edit. Aristot. Sylburg.*

συγκυκῶσα, vocabula sunt κάπηλικά. Συγκέρασος intriti genus, unde nomen ludicrum finxit Plautus. A κυκάω fit κυκεών.

T. 80. ep. 20. Θεοῦ μὲν ἐκτὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτός.] Postulat metri ratio ut scribatur οὔτις.

T. 91. ep. 3. Ἐξ ἐμέθεν, λυκάβαντος ὑπ' ἠελίοιο θύρετρα.] Lego, ὑπηελίοιο. Λυκάβας ὑφήλιος, annus Solaris. Ὕψος δέρκεται, Septentrionem respicit, qui vertex nobis semper sublimis. Scaliger pro ὑπ' ἠελίοιο legebat ὑπηῴοιο. Alter in ipsius codice pro ὕψος legebat ὑπάτοις. In Martio, γλάγος ἤδη. Lege ἡδύ. In Octobri, pro ἐπικατάγω reponebat, ἐπισαλάω. In Novembri, μνῆσιν ἔχειν καμάτων, palaestrae. ep. 4. Οὗτος ἀρισταφύλῳ πεφιλημένος. Lego, ἐρισταφύλῳ.

T. 91. ep. 5. Νέοις ἐκόμισσε πετήλοις.] Lege ἐκόμησε. Deinde pro, λίνα κολπώσαντες, legendum, κολπώσαντος.

AD LIBR. II.

LIB. II. T. 1. ep. 3. Ἡ τῶν σητοκόπων βιβλαρίων τὰ κάτω.] Partes inferiores librorum, quibus incumbunt, fere tineis sunt pertusae; quae a ligno vicino ortae prorepunt in chartas, atque illic stabulantur.

T. 1. ep. 4. Δέρεται τὰς παντὸς ἀγῶνος πληγὰς, ὡς ἀποδῷ· κἂν ἀποδῷ, δέρεται.] Gemina significatio latet in voce δέρεται.] altera obvia, *vapulat:* altera obscoena, qua id notatur, quod a Lesbia fieri questus est Catullus.

T. 6. ep. 8. Καὶ γὰρ ὀχευτὴς καὶ μωρός.] Hoc pertinet ad Asinum, quod animal stolidum est & salax. Μαλακὸς pertinet ad Geminos, quorum conjunctio masculam Venerem notat. Ὀψοφάγος ad Pisces, qui Voraces, & ipsi proprie ὄψα vocantur.

T. 8. ep. 1. Εἰς βαλανεῖον ψυχρόν.] Inscribendum potius, εἰς βραδύν τινα.

T. 9. ep. 8. Οὐκ ἀπὸ γαίης ἀγλαΐη μελέων ἕλκεται ἀενάου.] Lege ἀέναος.

T. 9. ep. 10. Πάσας ἐξεφόρησε τρύγας.] Lege ἐξερόφησε.

T. 10. ep. 10. Μή με βάλῃς κατὰ λέξιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι.] Noli mihi impingere istos ardeliones, ne in vocum aucupio dispeream & fiam praeda & spolium Grammaticorum.

T. 10. ep. 11. Τὸν δὲ υἱὸν τούτῳ φησὶ συνεστακέναι.] Lege Τίς δ'. Latet ambiguum in συνεστακέναι, *commendasse* & *conjunxisse.*

Οὐ πάνεται οὕτως.] Lege οὗτος.

T. 12. ep. 2. Καὶ μὴ τέτρωται κατεμάνθανε.] Lego, τέτρωσθαι.

T. 13. ep. 24. Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον, &c.] Κήλην ὑδατώδη, sive ὑδροκήλην deridet, tantae amplitudinis, tantumque aquae continentem, ut in ea navigari commode possit.

T. 14. ep. 1. Οὐ προσέχω· καί τοι πιστοί τινες.] Fidem non habeo his, qui te male olere dicunt: etsi quidam ex ipsis fide digni sunt.

T. 14. ep. 4. Οὐχ Ἁρπυιῶν τὰ περισσά.] Excrementa. * Virgilius de Harpyis, *Foedissima ventris Proluvies.*

Ου-

* *Aen. l.* 3. *vs.* 216. 217.

Οὐδ' ὁ Φιλοκτήτου ποὺς ἀποσηπόμενος.] Supplendum, quantum tu foetes, o Telesilla.

T. 14 ep. 6. Ὀυ δύναμαι γνῶναι.] Disjungendum hoc epigramma a superiori, quae perperam conjuncta sunt.

T. 15. ep. 3. Μέχρι τίνος, Πολύκαρπε.] Fallax mensarius & decoctor Polycarpus alienis nummulis debitores inescabat.

T. 17. ep. 5. Τὴν πήραν, &c.] Subjici debet hoc epigramma sequenti.

T. 18. ep. 1. Ὁ τλήμων Ἴρου πάντε πενιχρότερος.] Lego, Ἴρων. Ἀντία γούνατα, alludit ad nomen Antigones.

T. 19. ep. 3. Εἴκοσι γεννήσας.] Eutychus pictor nihil facit simile, non imagines, non liberos; non illos, ob imperitiam; non hos, quod aliis patribus sunt geniti.

T. 20. ep. 1. Χαλκίδος ἐκ γαίης ἀπεχάλκισε τὴν πόλιν ἡμῶν.] Lege, ἀπεχαλκίσατο πόλιν.

T. 20. ep. 2. Ἐκ γῆς Λωτοφάγων] Perperam hoc epigramma a sequenti divulsum est. Χαλκίδος ἐκ γαίης ἀντιοχευόμενος, aere conductus corpus suum prostituebat.

T. 22. ep. 1. Οὕτως εὐκοπὸς ἐστι Δίων.] Διὰ τὸ εὐκόπως τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτειν.

T. 22. ep. 13. Ξεῖνε, τί μὰν πεύθῃ;] Dialogus hospitis & indigenae.

T. 22. ep. 14. Εἰσεπιδεσμεύειν πέμπε, &c] Lege, εἰς ἐπιδεσμεύειν. Item, εἰς ἐνταφιάζειν.

T. 22. ep. 15. Τῶν γναφικῶν πινάκων.] Lege, πιδάκων, liquorum detergendi vim habentium. Quanquam fieri potest, γραφικῶν, quod proponunt Brodaeus & Scaliger.

T. 25. ep. 11. Ἤδειμεν Πολέμων, &c.] Scribo, πόλεως, quod & vidit vir eruditus, cujus notae extant in Scaligerano codice.

T. 32. ep. 14. Τὸν μέγαν ἐξήτουν Εὐμήκιον] Lege, ἐζήτουν. Vir idem doctus rescripserat in codice Scaligeri, τὸν μὲν ἀνεζήτουν. Quod mihi non probatur, periret enim vox μέγαν, quae alludit ad nomen Εὐμήκιον, & hominis brevitatem notat κατ' ἀντίφρασιν.

T. 32. ep. 16. Ἡ παλικάμπτῃ.] Lege, πιτυκάμπτῃ. Sinin notat a flectendis pinubus sic dictum, a Theseo interfectum. Alludit autem ad πιτυκάμπην, exiguum animalculum in pinubus succrescens.

Σῶμα τὸ καννάβινον] Gracile, teres, qualis est culmus cannabinus. Sic infra cap. 50. ep. 14. καννάβινη κράμβη appellatur brassica vaegrandis & retorrida. * Terentius junceas appellat puellas, quibus succus curatura detractus est. † Pollux & Hesychius scribunt κανάβους vocari strigosos homines & macilentos, ἀπὸ τοῦ καννάβου, quod erat lignum teres, cui ceram obducebant cerearum imagunculärum fictores. At hoc ipsum lignum sic dictum est ob similitudinem culmi cannabini. Eadem itaque origo.

T. 40. ep. 3. Τοὺς κυκλίους τούτους.]

* *Terent. Eunuch. A. II. sc. 3. vs. 24.* † *Poll. libr. 10 tit 52. ubi Vid. Kühn. Hesych. in* Κάναβοι. *ubi vid. notas. & in* Κάναμος.

τους.] Poëtas illos, qui circa villem patulumque orbem morantur.

Ἐκ ποταμῶν χλωρὰ χελιδόνια.] Verba sunt Parthenii vel Callimachi.

T. 40. ep 7. Οἷα πάθοιεν οἱ καταδείξαντες, &c.] Quae utinam ii paterentur, qui usum librorum & calamorum hominibus ostenderunt. Vir doctus in codice Scaligeri emendaverat, καταλείξαντες. Ut sensus sit, eadem patior ac Rhetores ad Lugdunensem aram scripta sua insulsa coacti lambendo delere. Acute, ut caetera, non tamen vere: nam πάθοιεν est optantis, seu imprecantis: nec calami lambebantur.

T. 40. ep. 11. Ἀιάζω Διότιμον, &c.] Hoc epigramma pertinet ad caput decimum hujus libri, εἰς Γραμματικούς.

T. 41. ep. 2. Τυῤῥηνικὸς, Ἰβρικὸς, Αἴγων] Ægon, pro Ægaeo mari. Quo nomine & Latinis Poëtis celebratur. Perperam igitur conjiciebat vir doctus in Scaligerano codice, Ἀγκών. Nam hic maria quaedam recensentur; neque urbis nomen locum habere potest.

T. 43 ep. 10. Φαυλεπιφαυλότατοι.] Simili compositione Nicarchus cap. 32. ep. 17. hujus libri dixit λεπτεπιλεπτότερος.

T 43. ep. 12. Δαμαγόραν καὶ λοιμὸν ἰσόψηφόν τις ἀκούσας] Nihil hic vident Interpretes; nesciunt enim quid sint Isopsepha. Nos de iis acturos recepimus, infra libr. 6. tit. 12.

T. 46 ep. 2. Καὶ Τιτυῷ μελέτω.] Lego, μελετῷ. Declama apud Ixionem, Melitonem, & Tityum, ut hoc supplicio torqueantur, quo pejus non habeo.

T. 46. ep. 3. Νοῦν ὑποκεῖσθαι δεῖ τοῖς γράμμασι.] Horatius de arte P. vs. 309. *Scribendi recte, sapere est & principium & fons.*

Καὶ Φράσιν αὐτῶν εἶναι κοινοτέραν,] *Quod a C. Caesare excellentis ingenii ac prudentiae viro, in primo de Analogia libro, scriptum est, Habe semper in memoria atque pectore, ut tanquam scopulum sic fugias inauditum atque insolens verbum,* * Haec Gellius.

T. 46. ep. 5. Πρὸς Κύπρον ἐρχόμενος.] Illic enim inquinatior fiet mea loquela. Cyprus Ciliciae proxima, in qua Soloe, patria soloecismorum.

T. 46. ep. 9. Ὡς οὗτοι πάντες, γράμματα μὴ μαθέτω.] Ambigue dictum: Literas non condiscat, quas nec ipsi didicerunt. Item: Non eo modo instituatur in literis, quomodo ipsi sunt instituti.

T. 46. ep. 10. Δαίμονα λευκοφόρον.] Dictum & id ambigue: Daemonem, propter nigrorem cutis alba veste contectae: &, Daemonem, sive Deum artis Rhetoricae.

T. 47. ep. 2. Οὐδεὶς τὴν ἰδίην, &c.] Nihil habet συμποτικὸν hoc epigramma. Referendum videtur ad caput undecimum hujus libri εἰς Γυναῖκας.

T. 47. ep. 3. Κ' οὐχ ὁ θανὼν τίεται.] Lege. πίεται.

T. 47. ep. 6. Ἀββιάνου.] Lego Ἀμμιανοῦ, cujus & alia extant epigramma-

* *Gell. libr.* 1. *cap.* 10.

mata hoc libro. Figurae τῶν β & μ valde affines in antiquis codicibus.

T. 47. ep. 17. Ἐμοὶ μέλει μύροισι καταβρέχειν ὑπήνην.] Mos per totum fere Orientem receptus a veteri aevo, nec dum desitus. Receptus quoque ab Atheniensibus in conviviis praecipue & amoribus, nec Americanis ignotus.

T. 47. ep. 28. Παισὶ Καναστραίοις μαρναμένειν ἐθέλω.] Lege, μαρνάμεναι ἐθέλω] Canastraei autem, Thraces sunt, quorum esse queritur * Horatius, pugnare natis in usum laetitiae scyphis.

T. 47. ep. 41. Ἡ πτωχῶν χαρίεσσα, &c] Pretiosis scyphis utebantur lautiores, corollas e selectis floribus capitibus suis imponebant, & larvas argenteas mortalitatis indices mensis suis inferebant. Contra tenuiores in lagenarum usum excavabant panis offas, fortuita folia & rorulenta concinnabant in coronas, & calvam e sepulcreto raptam in convivia inducebant. Calva autem eos laetitiae hic admonet. Edite, inquit, excavatum hunc panem, eo utimini ad bibendum, vincite capita floribus: sic eritis cuncti, cujusmodi sum, postquam vos Orcus abstulerit.

T. 48. ep. 1. Οὐρανίης ἀνδσου] Carpit Gessium, quod Astrologorum vaticinia secutus ad summas dignitates adspiraverit. Infra capite 52. ep. 7. idem Palladas Philosophiam appellat ἄντυγα οὐρανίην.

T. 50. ep. 14. Καννάβινης κράμβης μήλινον ἀσπάραγον,] Κράμβη brassicam proprie significat; aliis plantis tribuitur improprie. Sic & ἀσπάραγος proprie plantam significat asparagum κυρίως sic dictam; improprie ramum brassicae alteriusve alicujus plantae. Itaque Brodaeus proprie hic sumi putat κράμβην pro brassica, asparagum improprie pro brassicae ramo. Contra asparago propriam significationem tribuendam censeo, κράμβη impropriam, & notari plantam asparagi. Cannabinam vocat ob exilitatem; quod in asparagum melius quam in brassicam convenit.

T. 50. ep. 17. Ὡς κῆπον τεθυκώς.] † Horatius: *seu porrum & coepe trucidas*. § Lucilius, *Fragmenta interfici' panis*.

T. 50. ep. 24. Λιμῷ χρητίζων τοὺς μελέους πίνακας.] Conjiciebam, φορτίζων τοὺς κενέους πίνακας.

T. 52. ep. 3. Οὗτος ὁ ῥιγομάχας.] Sic infra hoc capite ep. 6. Antipater vestem Cynici appellat κρυερῶν ἀντίπαλον νιφάδων.

T. 52. ep. 3. Ποίων ἔργα κακοστομάχων] Legebat Scaliger κακοστομάτων. Quae vox contra genium linguae Graecae conficta est. Dicendum, κακοστόμων, quod aliud significat quam quod vult Scaliger, & postulat locus, nempe *maledicorum*.

T. 52. ep. 9. Στεγνοφυὴς, ἢ ἄυλος.]: Solida & compacta a natura, ἀντίτυπος, hoc est corporea.

AD LIBR. III.

LIB. III. T. I. ep. 16. Κτήματα μὲν πολύολβος] Thesauros videtur significare, quos neque aerugo neque tinea

* *Lib. I. od. 27.* † *Lib. I ep. 12. vs. 21.* § *vs. 54. ex incerto Sat. Lib.*

nea demoliuntur, neque fures effodiunt.

'Ἐκ πατέρος πατέρων] Ex Deo.

T. 2. ep. 4.] 'Υπ' ἐμοὶ δολιχόν.] Ambigue: Qui vicit ſtadio, ſub me jacet: & ſub me vitae curriculum abſolvit.

T. 4. ep. 3. 'Ιχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον] Meneſtratus piſcator captam Phycidem cum dentibus occidere vellet, uti piſcatorum mos eſt, exiliens piſcis, gutturique illapſus hominem ſuffocavit. Legendum igitur, ὑπ' ὀδόντα, non ὑποδύντα. Ejusdem argumenti epigramma habes infra hoc libro. tit. 22.

T. 5. ep. 7. Μανύει δὲ τροπαὶ ἀτετυγμένα.] Lego τροπαῖα τετυγμένα. Sic emendandi duo poſtremi verſus, ὧν ἕνεκ' ἔν τε γέᾳ μεγαλοφρόνα Κραύγιδος υἱὸν σᾶσεν ἀμωμήτου κράντορ' ἐλευθερίας. Graecia nempe.

T. 5. ep. 15. 'Οψὲ διώσας αὐχένα.] Certiſſima Scaligeri emendatio, ὁ ψελιώσας.

T. 5. ep. 37. 'Αλλ' ἀρετή σε διακριδὸν ἄλις ἀείδει] Διακριδὸν, hoc eſt, prae caeteris.

T. 5. ep. 47. Θηρῶν μὲν κάρτισος. &c.] Hoc epigramma a ſequenti imperite disjunctum eſt. Leo marmoreus, Leonidae ſepulcro impoſitus, fortitudinis ſymbolum, & nominis index, ſic loquitur: Quemadmodum ferarum omnium ego, ſic mortalium omnium fortiſſimus fuit vir ille, quem ſervo marmoreo huic tumulo impoſitus. Quod niſi animum meum, ut & nomen geſſiſſet, noluiſſem ſepulcro ejus vel pedem imponere.

T. 5. ep. 51. Θυρέεα, ζεῦ, Λακεδαιμονίων.] Lege, Θυρέαν.

T. 5. ep. 55. Δίρφυος ἐδμήθημεν.] Sic legendum, non ut Interpretes, δίφρυος.

T.6.ep. 32. Γέσσιε, μοιράων τροχαλώτερε.] Quaſi ſibi fatum, etiam invitis Parcis acceleraſſet.

T. 6. ep. 43. 'Ηόνιον τόδε σῆμα.] Omnino legendum, σῶμα.

T. 6. ep. 44. Μύριος ἦν, ὦ ἄνθρωπε, &c] Sequentia quatuor diſticha in unum epigramma coaluerunt, quae disjungenda ſunt in quatuor epigrammata.

T. 6. ep. 62. Νικηθεὶς ὁ δρομεὺς καθεύδει.] Adde ad explendum verſiculum τῇδε. Ut compleatur ex lege verſiculus, νικηθεὶς ὁ δρομεὺς τῇδε καθεύδει.

T. 7. ep. 3. 'Ο τύμβος οὗτος &c.] Laudatur hoc epigramma in Veteribus Scholiis ad Sophoclis Electram. vs. 150.

T. 7. ep. 17. Ἑανῷ δάψατο χαίταν.] Lege, ἐὰν κατεδάψατο χαίταν.

T. 9. ep. 5. 'Εξότου μίμνει] Lege, ἐξότε.

T. 12. ep. 4. 'Εις τὴν πέραν Κωνσαντίνου πόλεως Δάμαλιν.] Δάμαλις nomen pellicis Atticae. An inde dicta Damaris illa Athenienſis, cujus mentio fit in Actis, permutatis affininibus literis? An potius δάμαρις fit ab ἀμαρὶς, ab hoc ἀμάρα? unde & Amaryllis. Certe Heſychio δάμαρις eſt ὀχετός. Idem autem eſt ἀμάρα. an a δάμαρ?

T. 12. ep. 12 'Η περὶ πεύκαις καὶ Κυβέλῃ.] Legebat Scaliger, παρὰ πεύκαις καὶ καλύβῃ. Quod valde placet, atque inde intelligas locum deploratum Copae Syriſcae, quae crotaliſtria itidem fuit, *Huc Alibida veni*

veni, vs 25. * quem sic conceptum habent membranae, *Huc Calybita veni.* Καλυβίτης, hoc est, Calybarum incola; vel, contubernalis: ut a *Camera* Gallice dicimus *Camarade*, eodem sensu. At aliter exponit Scaliger in Copam., & a καλύβη, quo notatur aliquando sonitus crumatum, unde καλυβίτης, crotalista. Quamobrem & superiore eprigrammate scribi jubet, ἥ καλύβη καὶ δοῦπος ἐνέπρεπεν. pro δοῦμος.

T. 12. ep. 13. Εἴκοσι Καλλικράτεια, &c.] Huic epigrammati sequens adnectitor.

T. 12. ep. 30. Σῆμα Ῥόδης .... ἵκετο τήνδε πόλιν.] Fortasse Berytum, ubi vigebant studia legum, quaeque vicina erat Tyro.

T. 12. ep. 39. Ὑστάτιον Φώκαια κλυτὴ .... ὡς ὄφελόν γε χειρὶ Φίλην τὴν σὴν χεῖρα βαλοῦσα θανεῖν.] † Tibullus, *Te teneam moriens deficiente manu.*

T. 12. ep. 56. Ἁ κόνις, ἀρτίσκαπτος, &c.] Nihil haec ad Antium Restionem, vel ipsius servum, ut hariolatur Brodaeus, sed ad alterum servum, qui hero sepulcrum fodiens, humumque egerens, prolapsae terrae casu & pondere oppressus est.

T. 14. ep. 3. Σῶμα δέ τοι πτελέησι συνηρεφές.] Lege σῆμα.

T. 18. ep. 2. Ἡ γλυκερὸν μέλψασα .... Μούνη θηλυτέροις, &c] Μούνη hic venit eodem sensu, quo Unicus Latine, ut eximium, praestantem, excellentem sonet.

T. 22. ep. 1. Κύματ' ἀμφ' ἱμερτὴν.] Lege ἀφ' ἱμερτήν.

T. 22. ep. 7. Ἴστε δὲ ναυηγοῦ, &c.] Sed tamen memineritis vos sepulcrum naufragi praeterire, unde sciatis pari fato vos esse obnoxios.

T. 22. ep. 16. Ὦ γαίης κύματα πικρότερα.] Opponit κύματα γαίης, κύμασι θαλάσσης. Ab his servatus, in illis periit.

T. 22. ep. 17. Γυμνὸν, ἀπὸ στυγερῆς ὃς κάμε ναυφθορίης,] Lege, ὡς κάμε, postquam.

T. 22. ep. 18. Ἀλὸς Λιβύσσης κύματος κατέκλυσεν,] Lege, κύμασιν.

T. 22. ep. 19. Ἔβρασε δ' εἰς κροκάλην πρώϊον ἠϊόνα,] Vel legendum ἠϊόνος, vel dicendum κροκάλην hic adjectivi vicem tenere.

T. 22. ep. 27. Οὐχ ὅδε δειλαίου Σατύρου τάφος, &c.] Suspicor hic Marsyam significari, qui in fluvium sui nominis mutatus Maeandro jungitur, & cum eo mare subit ad radices montis Mycales. Frustra hic, inquit, Marsyae tumulum quaeris: in mari, quo subluitur Mycale, ventis agitatur. Pro eo quod editum est, καὶ ἀτρυγέτῳ ἔτι κεῖμαι, scribe ἐνί.

T. 22. ep. 31. Στρυμονίης ἐρίφων ὤλεσε πανδυσίη.] Hoedorum Strymoniae, hoc est Borealium, nam sunt in manu Aurigae.

T. 22. ep. 32. Ἐπεστηλωμένον ἄχθος,] Adscriptum manu ignota in codice Scaligeri, ἐπεστηλωμένος ὄχθος. Utraque lectio ferri potest.

T. 22. ep. 56. Ἄλγεα καὶ λαβέων ὅσον ὠκυμόροισιν ἑταίροις.] Lege, ἀιγέα καὶ λαβεῶνος ἐν ὠκυμόροισιν ἑταίροις.

T. 22. ep. 59. Ψυχράν σευ κεφαλᾶς, &c] Archytas in Matino littore sic nautam precatur apud Ho-

* *Anthol. Lat. Burm. tom.* 1. *p.* 715. † *Lib. I. el.* 1. *vs.* 74.

ratium. Lib. 1. od. 28. *At tu, nauta, vagae ne parce malignus arenae Ossibus & capiti inhumato Particulam dare . . . . . licebit Injecto ter pulvere curras.*

'Ως' ἔχεμεν ψαμάθου μόριον βραχύ.] * Sophocl. de Polynice ab Antigone raptim sepulto, λεπτὴ δ' ἄγος φεύγοντος ὣς ἐπῆν κόνις. Ubi Scholiastes: οἱ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον, καὶ μὴ ἐναμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν· ὥσπερ οὖν τὸ τῆς ἀσεβείας τις ἔγκλημα φεύγων λεπτὴν κόνιν ἐπιχέει τοῖς νεκροῖς, οὕτως ἦν καὶ ἐπάνω τοῦ Πολυνείκους. Pulveris *exigui munera* † Horatius apellat.]

T. 22. ep. 62. 'Εν πόντῳ Σῶδαμις.] Lege σῷ Δᾶμις.

T. 22. ep. 64. 'Αυτῇ οἱ σὺν νηΐ.] Recte emendatum in codice Scaligeri, ἀυτῇ σὺν νηΐ.

T. 22. ep. 66. Τοῦτο περισσὸν ἐκ μοιρέων Θάρσυς Χαρμίδου ἠνύσατο.] Lege, ἠνυσάμην. Sepeliri autem in terra & in mari περισσὸν merito apellat.

T: 22. ep 70. 'Ηνίκ' ἀμφ' ἱμερτήν] Lege ἀφ' ἱμερτήν.

T. 23. ep. 8. 'Αγριὸς ἐστι Χάρων;] Nulla interrogationis nota toti huic epigrammati apponenda est.

T. 23. ep. 12. Διογένους ἐπισκόπου 'Αμισοῦ] Diogenes Episcopus Amisenus Diogeni filio posuit hoc Epitaphium.

Πατρὸς ἀδελφειῷ] Patruo. Aequius exhibita fuissent patruo tuo, jam decrepito & exactae aetatis viro, justa haec, quae tibi a patre persolvuntur.

T. 23. ep. 13. 'Ου νέμεσίς τοι ἴξει δὴ ταύτην κλῆσιν ἀμειψαμέναις.] Vel legendum ἥξει, vel legendum ἀμειψομένας.

T. 23. ep. 14. Τάδ' ἔειπε φίλαν ποτὶ ματέρα πορύω.] Lege, Γοργὼ, vel πυργώ.

T. 23. ep. 17. Τὸν εὐτέκνων χῆρον ἵδεῦσα δόμον.] Lego, εὐκτεκνον, quod & adnotatum reperi ab ignota manu in codice Scaligeri.

T. ep. 18. 'Εψεύσθην καὶ σὲ τὸ λειπόμενον.] Manus eadem, καὶ σεο λείπομενον.

T. 23. ep. 24. 'Ημιτελῆ θάλαμον.] Sequitur (1) Homerum, qui Protesilaum reliquisse ait δόμον ἡμιτελῆ. Hanc locutionem retinuerunt (2) Strabo & (3) Lucianus, cum de Protesilao agerent (4). Catullus quoque domum ejus appellat *Inceptam frustra*, quod recentis conjugii foedera immatura morte abrupisset. Alludunt autem ad morem antiquum novorum maritorum, aedificandi thalamum. Hinc (5) Valerius Flaccus Caico interfecto conjugem & domum primo cubili imperfectam relinqui ait. Apud (6) Achillem Tatium Charicles nuptias sibi paratas obitu suo frustratus, νυμφίος ἀτελὴς a patre appellatur. In veteri epigrammate quod exhibet § Pithoeus Malchionem virum uxor defuncta vocat *Conjugium inceptum*

* *Sophocl. Antig vs.* 256. † *Lib* 1. *od.* 28. *vs.* 23. *&c.*

(1) *Homer. Iliad β vs* 70. (2) *Strab. Libr* 7. *p* 454. (3) *Lucian Dial. Mort. XIX.* (*ubi vid Hemsterh not.*) (4) *Carm* 67. *vs.* 75. (5) *Valer. Flacc. Libr.* 6. *vs* 689. (6) *Achill. Tat. Libr.* 1. *p.* 49.

§ *Vid. Burm. Anthol. Lat. tom.* 2. *p.* 120.

tum. In * Eroticis Eustathii interpellatus concubitus comparatur ἀνεπιξέστῳ δώματι. Huc facit, quod τέλειοι dicebantur qui uxorem ducebant: Jupiter item τέλειος, & Juno τελεία, quod nuptiis praeessent.

T. 24. ep. 10. Ἀχρὶς, ἐμῶν ἀπατηλὰ πόθων.] Malim, ἀπάτημα.

T. 24. ep. 16. Ει καὶ μικρὸς ἰδεῖν καὶ ἐπ' οὔδεος.] Adscriptum manu ignota in codice Scaligeri ἐπούδεος. Et deinde χηραμένη, pro χηραμένην.

T. 25. ep. 29. Λευκὰ Γέλας Σικελοῖο παρ' ὕδατα.] Scribe, Γέλα.

T. 25. ep. 30. Τὸν ἀεὶ νυκτὸς ἔχων θάλαμον.] Lego ἀεινυκτὸς, hoc est, mortis. Graeci hujusmodi compositionibus gaudent: quos & Latini imitantur. Terentius, † *Heri semper lenitas*. Catullus, c. 4. vs. 10. *Ubi iste postphaselus antea fuit Comata sylva*. Virgilius, aen. 1. vs. 198. *Neque enim ignari sumus antemalorum*. Propertius, l. 1. el. 18. vs. 15. *Ut tibi sim merito semperfuror*. In his praeponitur adverbium, quod Ebraei subjiciunt: ajunt enim, *Viri parum*, pro, viri pauci: *Tectum supra*, pro, tectum superius.

T. 25. ep. 35. Αἰεὶ μὲν γὰρ ἰδεῖν, &c.] *Ut sibi quivis Speret idem; sudet multum frustraque laboret Ausus idem*. Horatius de arte. vs. 240. 242.

T. 25. ep. 36. Πᾶσαν ἀπημφίασας] Lege contrario sensu, ἐπημφίασας.

T. 25. ep. 37. Ἀλλ' ἀΐδης καὶ γῆρας ὑπέκβαλε.] Ignotus emendator in codice Scaligeri posuit, ὑπέκλαβε. Sequitur deinde, σὸν δ' οὐ τοῦτον. Lego, σοί. In postremo versu scribe πενθομένας, pro πειθομένας. Quod vidit quoque idem emendator.

T. 25. ep. 41. Ὃς παρὰ Μουσῶν ἴσην παρθενίην, &c.] An quod confecta aetate ab obscoenis voluptatibus, sicut a domino agresti ac furioso, profugisse se laetabatur. At hoc beneficium non Musis videtur sed senectuti debuisse. Neque continentiam recte παρθενίην appelles. Parum id sane mihi probatur: at minus etiam quod afferunt Interpretes. Plane itaque assentiendum viro excellentis ingenii & doctrinae, qui in codice Scaligeri emendaverat, πανὺρεθίην, pro, παρθενίην.

Τρίβολον πατέοντα πρίνινον.] Modica nempe illa tigna, quibus pulpita instravit Æschylus.

Ἐκ ποίης ἥδε διδασκαλίης;] Ex cujus Tragoediae Didascalia?

Ει τε σὸν Ἀντιγόνην, &c.] Lege, εἴ τέ σοι.

T. 25. ep. 47. Ὦ τὸ φίλον στέρξας, &c.] Hoc epigramma a superiori videtur fuisse temere divulsum.

T. 25. ep. 48. Πλέγμα φύσεις ἕλικος] Lege, φύεις.

T. 25. ep. 49. Σμερδίεω Θρῄκα πόθον.] Amorem Thracium, cujus auctor & inventor Orpheus Thrax.

T. 25. ep. 54. Ἀκμὴν οἱ λυρόεν μελίζεται.] Lege, ἀκμὴν οἱ λυρόεν τι μελίζεται. At ἵμερα quod sequitur pertinet ad ᾠδῶδε.

T. 25.

* *Eustath Erot. Libr. 5. p. 182. ubi Vid. Gaulmini notas. p. 29.*

† *Andr. Act. 1. Sc. 2. vs. 4.*

T. 25. ep. 58. Ὦ μέγα βαττιάδαο σοφοῦ περίπυςον ὄνειαρ,] Nemo non videt legendum esse ὄνειρον.

T. 25. ep. 70. Ει δ' οὖν σύ γε φοῖνιξ ναίδιος.] Scaliger in Fragmentis legebat, ναύδιος, idque corruptum esse putabat & deflexum ex ἀυδονὶς, factum id ex ἀυδονὶ, quod in Punicis * Poenuli Plautinae reperitur: hoc est חו דוני, five חו ארוני, *Vive Domine*. Acute & erudite; ac fortasse etiam vere.

T. 25. ep. 74. Κάτθανε μὲν Θεόδωρος, &c.] Ex hoc & sequenti epigrammate colligas Theodorum hunc veteres Poëtas carmine celebrasse.

Post tit. 26. Addendum fuit lemma, ΕΙ'Σ ΠΡΟΔΟ'ΤΑΣ, & subjungendum epigramma εἰς Ἀριςοκράτην. Πάντως ὁ χρόνος, &c. quod hic repraesentat Scholiastes.

T. 31. ep. 12. Πολλάκι τῷδ' ὀλοφυδνὰ, &c.] Hoc epigramma sequenti adnectitur, & Persae auctori utrumque tribuitur.

T. 32. ep. 17. Ἐκτὸς ἔδεκτο τάφων,] Patet legendum esse, ἐντός.

T. 32. ep. 22. Ουτω καὶ σύ γ' ἰὼν.] Lege σὺ δ' ἰὼν, non ut apud Laërtium, καὶ σὺ Δίων.

T. 32. ep. 42. Λεωνίδου εἰς Ἐπίκτητον, ἰσόψηφον.] De quibus nos ad librum sextum.

T. 32. ep. 44. Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις, &c.] Si haec post Alexis obitum scripta sunt a Platone, ut visum est concinnatori Anthologiae & Interpretibus, omnino legendum est, πᾶσι περιβλέπετο. Θυμὲ, τί μήνυες κυσὶν ὀςέον; εἶτ' ἀνιήσας ὕςερον. Ut sensus sit. Nunc postquam obiit Alexis, memini me dum viveret dixisse id solummodo; mihi videri pulcrum, & statim in eum omnes conjecisse oculos. Quid canibus os indicabas, o anime, unde postea tibi doluit? Nonne Phaedri quoque pulcritudinem praedicando pari modo eum amisi? Sed aliam tamen inesse suspicor sententiam. Scripta haec videntur a Platone, cum Alexin, caeteris ignotum, perspecto ejus ingenio atque forma, sibi amasium atque delicias destinaret. Nunc, inquit, cum nulla est Alexis existimatio, nullum nomen, hoc tantum dixi, Pulcher es, o puer, & jam omnes ad eum adjiciunt oculos. Parum prudenter factum id est a me, dum praeconio meo ad ejus amorem omnes allicio, unde vehementer sim doliturus. Annon ita Phaedrum amisi? Itaque pro ὅτι καλὸς ἔςται, lego, ὦ καλ.

AD LIBR. IV.

LIB. IV. T. 1. ep. 7. Κόλχου πορφυρέης,] Lege Κόχλου, ut Syriam vel Phoenicen solum notet, in qua provenit concha purpurea: μετωνυμικῶς.

T. 2. ep. 4. Τοῖον ἐχάλκευσε Μύρων] Scribe, ἐχάλκευσέ σε Μύρων.

T. 4. ep. 1. Γερμανίην δ' εἶχε κατεςχόμενος.] Lege, εἶδε.

T. 4. ep. 2. Πῶλον ὑπὲρ Νίκης.] Pro victoria reportata: νίκην ἄλλην, victoriae simulacrum.

T. 4. ep. 17. Τὸν τριηέραρχον καὶ πατέρα.] Recte Scaliger, ὂν τριηέραρχον.

T. 5.

* *Act. 5. Sc. 2. ubi Vid. Taubm. not.*

T. 5. ep. 6. Θεῦμ' ἀρετᾶς μορφὰν ὁ πίναξ ἔχει.] Vir doctus emendaverat in Scaligeri codice, Θυμαρέτας, ut sit nomen proprium, quod valde mihi probatur.

T. 5. ep. 7. Ἐξ ἀπαλᾶν χειρῶν.] Vir idem eruditus rescribebat ἐυπαλάμων. Sed ἀπαλᾶν ferri potest: molles manus appellat, quae molle & exactum opus fabricari sciunt.

Τὴν ὁμαλοὶ σοφίαν] Idem emendabat, τηνδ μάλ' ἁ σοφία. Ingeniose, atque haud scio an vere. Pro αὐγὰν deinde reponebat αὐδάν. Quod vidit & Brodaeus.

T. 6. ep. 9. Τῷ, πόρε τὴν κεφαλάν.] Legebam, τῷ πόδε. Quod & praeferebat codex Scaligeri ab eadem ignota manu.

T. 7. ep. 10. Τὰν δάμαλιν, βουφορβὲ] Lege, Μὴ δάμαλιν.

T. 7. ep. 38. Θνητὸν ὀδόντα.] Lege, θηκτόν.

T. 7. ep. 39 Ἀγρεῖος] Legendum omnino, ἀχρεῖος. Quod & notatum est a Scholiaste. Horatius, *inutile lignum*. S. 8. lib 1. Sequitur deinde, μετὰ δ' Εὐκλείους. Lege, φυτὰ δ' εὐκήλου. Antistius infra t. 12 ep. 96. de Priapo: Φρίκωνος καλύβην καὶ φυτὰ ῥυόμενος.

T. 8. ep. 1. Ἀλλήκτου πήματος.] Catenarum, quibus ad Caucasum religatus erat.

T. 8. ep. 4. Οὐδὲ λέβητες.] *Praemia fortium Grajorum* Horatio. l. 4. od 8.

T. 8. ep. 16. Οἷον καὶ Κρονίδης, &c] Eadem ergo imago Herculem nascentem, pugnantem & morientem exhibebat.

T. 8. ep. 28. Καὶ ῥικνὸν ἰδέσθαι,] Hesychio ἀσθενὲς, λεπτυνθὲν, ἐντετηκός.

T. 8. 35. Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ, &c.] Horatius, l. 1. od. 12. vs. 57. *Te minor latum reget aequus orbem: Tu gravi curru quaties Olympum.*

T. 8. ep. 38. Παῖδες ἀγρόται.] Legi, ἀγρῶται, jubet lex metri: quod positum est pro ἀγροιῶται.

T. 8. ep. 42. Ἀντέτακεν χάλυβα.] Falcem qua vites, crusque adeo suum amputavit.

T. 9 ep. 10. Αἵματι μὴ χρῶσαι, &c.] Nam Medeam exhibuerat Timomachus dubitanti similem, & nondum manus liberorum caedi admoventem. Julianus paulo infra, ep 12. ζωγράφος εὖ δ' ἔκρυψε φόνου τέλος.

T. 9. ep. 16. Ὅλης ἔμνησεν ἀνίης.] Pristinum dolorem in lapideam hanc Medeam revocavit. Legerim tamen, ἔπλησεν.

T. 9. ep. 20. Ἆθλον ἔρωτος, Κῆτος.] Ἆθλον hic certamen notat, non certaminis praemium, & sic aliquando exponitur a Grammaticis. Quasi dicat, Certamen amatorium cum ceto subeundum est. Praemium vero certaminis infra γέρας appellat. Mox sequitur, Κασσιόπας ἁ λάλος εὐτεκνίη. Videtur Cassiopeam confundere cum Niobe. Haec ob jactatam intemperanter & impie foecunditatem suam a Diana & Apolline liberis orbata est: illa ob formam suam Nereidum formae praelatam in discrimen venit filiae amittendae.

T. 10. ep. 1. Τί λοιπὸν ἢ πόθου τυχεῖν; τυχεῖν.] Assequi, nancisci, Coriscam scilicet.

T. 10. ep. 2. Ἄγλωσσον ἔπα.] Nam sine lingua loquitur Echo.

Frustra hunc locum sollicitat Brodaeus.

T. 12. ep. 3. Εἰς στήλην Ἄρεος κεκλιμένην.] Hac statua expressus videtur fuisse Mars humi recumbens, quietis gratia. Claudianus: Praef. in Ruf. l. 2. vs. 17, 18. *Fertur & indomitus tandem post praelia Mavors Lassa per Odrysias fundere membra nives*. Existimem autem fuisse hoc simulacrum de genere eorum, quae Talisman appellant; certa arte fabrefactum ad arcendos Gothos.

T. 12. ep. 6. Μετ' Εἰλειθυίης-] Quasi fundendo aeri affuerit Lucina: nam velut quidam partus est. Legendum metri causa, Ἐλειθυίης.

T. 12. ep. 16. Τοὺς τρεῖς οἶδα μόνους.] Mortales videlicet.

T. 12. ep. 21. Τεύχεσιν ἀγχεμάχοις.] Cominus pugnabant Lacedaemonii ex veteri instituto.

T. 12. ep. 34. Ἑρμῆς ὠκὺς ἐγὼ κικλήσκομαι.] Philostratus in Protesilao. p. 673. εὐπαγὴς καὶ κοῦφος, ὥσπερ οἱ δρομικοὶ τῶν ἑρμῶν. Id est, ut Mercurii simulacra, quae in domorum curriculis & palaestris statuebantur. Quod ab antiquis Rhetoribus factum Athenis nonnunquam, docet idem Philostratus in Scopeliano. c. VII. p. 521.

T. 12. ep. 37. Φρουρὸς ἐπὶ σμήνεσσι, &c.] Hinc Mercurio mella dicantur; & pastorum Deus habitus est; & oves pavisse ipse fertur: unde & νόμιος & μηλοσσόος dictus.

T. 12. ep. 48. Συσφίγγων χεροῖν τένοντας.] Quia dum manus conatur vinculis exolvere, eo magis adstringit. Vel legendum potius, σὺ σφίγξον, Tu vero, o minister, colliga pueri manus.

T. 12. ep. 71. Παλινναυξέος ἐκ κεριωπῆς —] Quippe metallis & lapicidinis inest facultas, quam *Vegetativam* Philosophi appellant. Quod a multis est observatum.

T. 12. ep. 87. Τρίσσους ἀθανάτους χωρεῖ λίθος.] Mos fuit veterum, signa plurium Deorum in unum conflare. Hinc Hermeraclae, Hermopanes, Hermerotes, Hermanubies. Scio sic esse dicta simulacra quaedam, quod infima parte in quadratam basin desinerent, qua figura Mercurii statuae proponi saepe solebant, & Hermae appellabantur. At aliqua etiam, quorum nominibus inerat Hermae nomen, integra erant, nec a quadrata basi, sed a Mercurii specie nomen ejus retinebant. Hujusmodi fuit simulacrum a Philodemo hic celebratum. Plurium etiam Deorum, atque adeo omnium signa inerant in Hierapolitanis imaginibus Syriae Deae & Apollinis, quarum meminerunt Lucianus & Macrobius. Ad earum quoque exemplum fabricatum fuit Myobarbum Ausonii, de quo nos alibi fuse egimus.

T. 12. ep. 92. Πῶς ἔπεσον.] Nempe ut illi supplicarem.

T. 12. ep. 96. Τοῦ σκεύους.] Quod hic σκεῦος, in alio capitis hujus epigrammate, quod extat paulo inferius, ἀσκὸς appellatur: Petronio *Vasculum*. Notum illud * Plauti, *Refero vasa salva*. Unde *Homines bene*

* *Poen.* 4. 2. *vs.* 41.

bene vasati Lampridio. * Paulus in Epistola ad Thessalonicenses prima, eadem σκεύους voce utitur. Ebraicum כְּלִי & hoc sensu in primo Samuelis usurpatum reperies.

T. 12. ep. 115. Ἀιγὸς ἐπὶ κρήνην ἑπτὰ λέγω ςάδια.] Vel inde cognoscas Priapum & Mercurium idem nomen fuisse; nam utrique fontium indicium tribuitur. Et de Priapo quidem sic vetus epigramma: † *Priape Ad fontem, quaeso, dic mihi, qua sit iter.* Et aliud, § *Vade per has vites, quarum si carpseris uvas, Quas aliter sumas, hospes, habebis aquas.* Pro eo quod habentur superiori versu, οὐ μεγάλην ἀυτῆς ἔγνων χάριν, lego ἀυτοῖς. Epigrammate sequenti, πρὸς τὴν σχοῖνον emendabat manus ignota in codice Scaligeri, τὴν σχῖνον.

T. 12. ep. 129. Τὸν ἐν ἐσθλοῖσιν πανατπενθέα.] Lego, ταλαπενθέα. Sic & in sequenti epigrammate.

T. 13. ep. 1. Λόγων χάριν.] Famae parandae gratia.

T. 15. ep. 2. Νηρῖδες, Ἀδρυάδες.] Lege Νηρεΐδες, Δρυάδες.

T. 16. ep. 1. Συμφώνων μὲν ἔχω χάριν.] Lege, συμφωνῷ.

T. 18. ep. 4. Ζεύξιδος ἡ χροιή τε καὶ ἡ χάρις.] Adeo elegans est haec imago, ut a Zeuxide picta videri possit.

T. 18. ep. 8. Ἁ λίθος ἔς' ἀμέθυςος.] Hoc epigramma suae collectioni Scholiorum in Euripidis Oresten inseruit Arsenius.

T. 18. ep. 9. Ἐιμὶ μέθυ] Lege, μέθη.

T. 19. ep. 1. Εἰς λουτρόν.] Scribe, ΕΙ'Σ ΛΟΥΤΡΑ'. Κεφ ιθ. Hinc enim initium ducit caput XIX.

T. 19. ep. 7. Ἐν μικρῷ μεγάλη, &c.] In balneis simulacra Cupidinis veteres consecrasse scimus ex eleganti Theocriti Idyllio.

T. 19. ep. 23. Ἀιθέ σε, Πίνδαρε.] Fallitur Planudes, auctor, ut videtur, lemmatum, quae his epigrammatis praefixa sunt. Nec enim simulacrum ullum Pindari extabat in his balneis. Optat tantum Fons suis aquis ablui Pindarum, qui optimam aquam esse dixit; tum enim vero dicturum; solam hanc aquam esse optimam.

T. 19. ep. 24. Καὶ τάχα τῆς μορφῆς κρίσις ἔσσεται,] Κρίσις pro κριτὴς, καθ' ὑπαλλαγήν. Similium locutionum pleni sunt libri veterum Latinorum, Graecorum, Ebraeorum.

T. 20. ep. 3. Ὅς τις δ' οὐλοδν ἦτορ,] Vir doctus emendaverat in codice Scaligeri, οὐλοὸς, & versu sequenti, ἐκνίψεις μαινόμενος.

T. 23. ep. 8. Ἀλλὰ πολυμήτοιο] Lege, πολυκμήτοιο.

T. 25. ep. 8. Οὗτος, ὁ παμφώνοις χερσὶ λοχευόμενος.] Petronius, ** *Manu puer loquaci.* Λοχευόμενος, nam gestu manuum Bacchus ipse exprimitur, & quasi nascitur.

T. 27. ep. 3. Ταῖς Μούσαις ἔλιπεν πατρίδα καὶ γενεήν.] Nam Homero patre natas Musas esse dicas.

T. 27. ep. 20. Καὶ οὐ περίεργα κολῶσα.] Lege κολοῦσα. Se curatura junceam non reddidit.

T. 28. ep. 5. Τῶν Ἀσκληπιαδῶν μνημοσύνην καμάτων.] Smyrnae Erasistra-

* *Lamprid. Heliog. c. 5. 8. 9.* † *Priap c. 26.* § *c. 30.* ** *Fragment. p. 864.*

stratorum medicorum scholam fuisse tradit * Strabo. Ut autem fax mari jactatis praesidio, sic medici morbo afflictis.

T. 28. ep. 20. Πρώταις δ' ἡμετέρῃσιν ἐν ἐργάσιν.] Πρώταις, pro πρῶτον. Cujus figurae frequentem in Poëtis usum adnotavimus ad Manilium.

T. 28. ep. 21. Ἔυνευς μὲν βασιλεῖ, &c.] Huic epigrammati conjungenda sunt, & in unum subnectenda sequentia duo.

T. 28. ep. 21. Ἐλπίδα κυρῶν.] Lege κούραν.

T. 29. ep. 4. Καὶ σὺ μεθ' Ἑσπερίην, &c.] Vide Constantinum Porphyrog. libr. 1. Them. 5.

T. 30. ep. 4. Πέδον λειμῶνος ἐρέψαν.] Lege, ἐρέψας.

T. 31. ep. 10. Φύρμος με φόρμον.] Lege. Φίρμος με Φίρμον. Nomen proprium. Τὸν πατέρα, supple, posuit.

T. 32. ep. 7. Οὕτω Βάκχον ἔδεκτο Θέτις, &c.] Poculum, Symbolum Bacchi, pisces, Thetidis. Nunc, inquit, Thetidem excipit Bacchus, ut olim Thetis Bacchum.

T. 32. ep. 9. Ἢν κλείσῃς μ', ἀνέωγα.] Si cancellatas fores clauseris, perviae erunt oculis; sin aperueris, tum muro superjectae visum non admittent.

T. 32. 10. Ἐις μινσώριον ἔχον τὰ δώδεκα ζώδια. Et mox, ep. 15. Ἐις μινσώριον ἔχον Ἀφροδίτην καὶ Ἔρωτας.] Latini *Missorium* appellant. Frequens vox ea est in Scriptoribus infimae Latinitatis. Dictum est vero *Missorium* a *missilus* sive ferculis & patinis, quae in eo structae erant, & mensae inferebantur. Rectius dixeris *Repositorium*. In repositoriis autem fabricandis ingeniosa erat & delicata veterum gula. Similia autem hujus alia duo in antiquorum libris descripta reperio; aliud ab Alexide; a Petronio aliud. Haec duodecim itidem signa Zodiaci habebant in orbe disposita; super quae proprium & convenientem materiae structor imposuerat cibum.

T. 32. ep. 11. Τὰν ὕελον ἐκόμιζε, &c.] Sic distinguendi sunt hi versus, in quibus multos inesse errores perperam credidit Brodaeus:

Τὰν ὕαλον ἐκόμιζε.
Κόψας ἐργάτας ἀνήρ.
Ἐς δὲ πῦρ ἔθηκε βῶλον,
Ὡς σίδηρον εὐσθενῆ.
Ἁ δ' ὕαλος οἷα κηρὸς,
Ἐξεχεῖτο παμφάγοισι
Φλοξὶν ἐκπυρουμένοισι.
Θαῦμα δ' ἦν ἰδεῖν βροτοῖς
Ὁλκὸν ἐκ πυρὸς ῥέοντα,
Καὶ τὸν ἐργάτην τρέμοντα,
Μὴ πεσὼν διαῤῥάγῃ.
Ἐς δὲ διπτύχων ἔθηκε
Βῶλον ἀκμὰς χείλεων.

Versus sunt trochaici, partim catalectici, partim acatalecti. Epigramma autem videtur postrema sui parte mutilatum.

T. 32. ep. 12. Ἥφαιστός μ' ἐτέλεσσε καμὼν χρόνῳ.] Lege, Κρόνῳ.

T. 32. 16. Βάκχῳ καὶ Νύμφαις μέσος ἵσαμαι.] Ἀμφορεὺς medius inter vi-

* *Strab. lib. 12. p.* 580.

vinum & aquam. Aquas ex fonte petere licet, ipse vinum fundit in cyathos. Pro παραλειπόμενον, lege, παραλειβόμενον.

T. 34. ep. 1. Φέγγος ἐλευθερίης.] Lux, qua fruuntur populi in libertatem asserti a Justino Tyrannicida.

T. 34. ep. 2. Ὠρανὸν ἁ χωρεῦσα.] Recte ὠρανὸν, Dorice: non ut perperam emendat Brodaeus οὐρανόν. Sic Μῶσα pro Μοῦσα.

T. 34. ep. 6. Ποτὶ σευὸν ὕδατος ἀνήρ.] Lege, ἀήρ. Et deinde αὐλεῦ, & consule Pneumatica Heronis.

AD LIBR. V.

Uno tractu scribi debuerant sequentia Christodori epigrammata; & perperam insertis lemmatis divulsa sunt.

Lib. V. T. 1. ep. 38. Εἰς Οἰνώνην. Πάριν δ' ἐκέλευε λαθοῦσα] Lege, δέ γ' ἔλευσσε. vel δ' ἐκλαυσε.

T. 1. ep. 70. Εἰς Ἀλκμαίωνα.] Alcmaeon & Alcman, nomen idem. Ex Ἀλκμαίων, Ἀλκμάων, ut ex ἀιεὶ, ἀεὶ, ex κλαίω, κλάω. Ex Ἀλκμάων crasi Dorica Ἀλκμάν, ut ex πρώων, πράν. Fuit autem Lacedaemonius Alcman, vel Lacedaemonem accersitus, si Aelianum audimus. Ergo haec vocabula confundunt Veteres, & sine caussa Christodoro litem hic movet Brodaeus.

T. 2. ep. 9. Τὸν χάλκεον ἡνιοχῆα.] Æneum appellat ob laboris constantiam, cui aes triplex circa pectus erat. Ἀλλ' ἐπὶ νίκαις, &c.] Multas ejus videremus imagines, si totidem ipsi collocatae essent, quot obtinuit victorias.

T. 2. ep. 28. Ἐξ δ' ἐνέων ἀνύσαν δεκάδας, στήλην ἐπὶ νίκαις] Anni tibi confecerunt Decadas, sed victoriae statuam. Hoc est, Non temporis sed virtutis beneficio statuam es consecutus. Sic infra ep. 33. in Faustinum, οὐ χρόνος ἐντυχίης.

T. 2. ep. 29. Ἔνθεν ἐλευθερίη καὶ δῆμος.] Liberum erat in certaminibus judicium & favor. Sponte, inquit, non Imperatoris jussu, statuam tibi liber populus consecravit. Sic epigrammate sequenti, ἄναξ καὶ δῆμος ἐλεύθερος ἔγειρε τοῦτο γέρας. Et infra ep. 54. in Julianum: Αὐτὸς ἄναξ, καὶ δῆμος ἅπας, καὶ πότνια βουλὴ Ἔστησαν, κοινὴν ψῆφον ἐνεγκάμενοι.

T. 2. ep. 47. Κείνῳ δὲ δόσαν χρίσιν ἐκ δύο πέπλων.] Sive Venetus esset, sive Prasinus, secundum eum populus judicavit. Primo versu scribe ἀέθλια pro ἄεθλα.

T. 2. ep. 53. Κοίλῳ κτεάνῳ.] Manus ignota in codice Scaligeri recte emendavit, κτεάνων.

T. 2. ep. 58. Εἰς Φαυστῖνον.] Μηχανουργοῦ τοῦ δόμου, artificis hujus domus. Statuae autem Faustini tegmen imminebat, vel capiti erat impositum, ut protegeretur ab imbribus, & ab avium contumeliis; vel fortasse ad majorem operis dignitatem. Saepe autem hujusmodi opercula imponebantur simulacris, quae stabant in propatulo, & visuntur nunc quoque in priscis sanctorum imaginibus; quae & pictores exprimebant in tabulis, tanquam agnitae san-

ſanctitatis indicia. Et vulgus imperitum coronas eſſe credidit.

T. 2. ep. 61. Κωνςαντῖνος ἦν,] Aſſentior Scaligero reſcribenti νῦν.

AD LIBR. VI.

LIB. VI. T. 1. ep. 4. Ἡ τὰ πέδιλα φέρουσα,] Trium harum meretricum imagines circa commune Veneris ſimulacrum poſitae erant; haec ſandalia, illa pallam, iſta poculum Veneris gerebat. Nunc autem poſtquam Venerem proſperam ſunt expertae, uno ſive amatore ſive marito unaquaeque contenta eſt.

T. 2. ep. 1. Καὶ συΐνην ῥάβδον.] Erudite Scaliger & vere, καὶ σιβύνην καὶ ῥάβδον.

T. 3. ep. 1. Ἀνάκτορι θήκατο τέχνης.] Fortaſſe Glauco.

T. 3. ep. 2. Πυρὸς ἔγγυον ἐμφλογα πέτρον] Etſi non aſpernor ἔγγυον, malim tamen ἔγκυον.

T. 3. ep. 3. Αἰθυίαις ἰχθυβόλοισι.] Lege ἰχθυβόροισι. Et verſu ſequenti, σαγηναίοιο λίνου.

T. 3. ep. 4. Δαίμονι τῇ Συρίῃ.] Derceto haec fuit ſive Atergatis, infima corporis parte piſcis.

T. 3. ep. 9. Ἄλλυτος ἡ βάσκει,] Lege, ἄλυτος ἡβάσκει. Viget, adoleſcit. Non, ut Brodaeus, ἣ βάσκει.

Sequitur θρέψον, non, ut legitur θρέψεν' μεδέων καὶ χθονὶ καὶ πελάγει.] Unde γαιήοχος, ἐννοσιγαῖος, σεισίχθων, ῥηξίχθων. Infra hoc libro t. 20. ep. 2. ſic Macedonius de Neptuno, ὦ πόντου βασιλεῦ καὶ κοίρανε γαίης. * Proclus: ὁ Ποσειδῶν τὰ κοῖλα καὶ τὰ ὕπαντρα ἔλαχεν, παρ' οἷς καὶ ἡ γένεσις, καὶ ἡ κίνησις, καὶ ἡ τῶν σεισμῶν ἔμπτωσις, διὸ καὶ σεισίχθονα καλοῦσι τὸν θεόν.

T. 3. ep. 12. Νησῖδος ἀλεξάντοισι χοιράσι.] Lege, auctore Suida, ἀλιξάντοισι, hoc eſt, ὑπὸ τῆς ἁλὸς ξαινομέναις.

T. 4. ep. 1. Ἀντιςρέφοντα.] Inventor hujusmodi ineptiarum fertur fuiſſe Sotades.

T. 5. ep. 1. — μόνης μύςαις.] Quid ſi legamus, δίνδυμα τοῖς μύςαις.

T. 7. ep. 11. Βάκχε, γάνος.] Anacreon, vs. 121. γεγανυμένος Λυαίῳ. Pindarus apud Plutarchum de Iſid. & Oſir. † Διόνυσος πολυγαθής. Quod manavit ex Heſiodo, § δῶρα Διωνύσου πολυγηθέος.

T. 7. ep. 12. Τῆς κύλικος βυθιῷ πυθμένι κευθομένην.] Conjiciebat vir doctus in codice Scaligeri, βυθίῳ πυθμένι.

T. 8. ep. 5. Ὥρης γὰρ κρεῖσσον ὁρῶ τὸ θέλειν.] Homerus in epigrammate, 45. vs. 4. Ὧν ὥρη μὲν ἀπαμβλύνεται, θυμὸς δὲ μενοινᾷ.

T. 8. ep. 14. Κερκίδα τὰν ὀρθρινᾶ χελιδόνων ἅμα φωνᾶ.] Lege κερκίδα τὰν ὀρθρινὰ χελιδονίδων ἅμα. Mox lege, πολυῤῥοίβδητον. Sequitur, καλάθισκον ςάμονος ἀσκητοῦ καὶ τολύπας φύλακα. Catullus, c. 63 vs. 318. *Ante pedes autem candentis mollia lanae Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.*

T. 8.

* *Procl. Theol. Lib.* 6. *c.* 10. *p.* 368. † *p.* 365. A. § *Op. et D. vs.* 614.

T. 8. ep. 19. Ἀ μίτρα τόθ' ἁλουργὲς ὑπέρδυμα.] Lege, ὑπένδυμα.

T. 10. ep. 3. Φέγγος ἀκουστόθεον.] Lege, ἀκουσίθεον.

T. 11. ep. 2. Σῶσος ὁ βουπαλίων.] Luctator. Sed legendum omnino βουπολίων bubulcus: nam sequitur ἀχθεινὰν δ' εἶχε βοοκτασίαν.

T. 12. ep. 1. Ἰσόψηφα.] Sic appellantur, quae numerum eumdem continent. Epigrammata haec Leonidae dicuntur ἰσόψηφα, quia, si prius cujusque epigrammatis distichon conferatur cum posteriori, aequalem numerum continere reperientur, collecto nempe literarum valore. Puta primi hujus epigrammatis θύει σοι τόδε γράμμα, prius distichon efficit numerum 5699: quem & in sequenti numero deprehendes, si iota in voce θέλγῃς subscriptum denario numero aestimetur, pro eo ac aestimari debet. Si cui vacat reliquorum epigrammatum ἰσοψήφων valorem revocare ad calculos, eamdem numerorum aequalitatem reperiet. Nihil hic viderunt Interpretes, ne doctissimus quidem Brodaeus, qui inducte scribit ἰσόψηφα dici epigrammata, quae totidem versibus constant. Scribit Gellius * veteres Grammaticos collegisse versus Homeri ἰσοψήφους. Ita abutebantur otio suo. Supra lib. 2. cap. 43. ep. 12. Δαμαγόραν & λοιμὸν dicuntur ἰσόψηφα, quia efficiunt aequalem numerum, nempe 270. Princeps inepti hujus artificii fuit Leonidas hic Alexandrinus, cui & laus hoc nomine tribuitur ab alio nugatore, † quia in ejus epigrammatibus δίστιχα ψήφοισιν ἰσάζεται.

T. 12. ep. 6. Εἷς πρὸς ἕνα ψήφοισιν ἰσάζεται.] In superioribus ἰσοψήφοις disticha distichis contulerat, nam singula epigrammata erant duorum distichorum. Hic autem brevitatem sequi se profitetur; & non duos versus duobus, sed versum versui conferre se ait. Prioris autem versus valorem si collegeris, reperies numerum 4111. Tantumdem autem valet sequens versus. Supra libr. 3. cap. 33. aliud ἰσόψηφον duorum versuum ejusdem Leonidae reperies.

T. 14. ep. 2. Μονοστόρθυγγι Πριήπῳ.] Lege, ὀνοστόρθυγγι. Nam de partis obscaenae magnitudine cum asino certasse Priapum, narrant fabulatores. § Ezechiel: *Insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut asinorum:* ac si diceret, qui sunt ὀνοστόρθυγγες.

T. 15. ep. 23. Κρατὸς ἔρεισμα, κάρα.] Lege, ἔρυμα, quod probat & vir doctus in libro Scaligerano.

T. 15. ep. 27. Καὶ γάλικας, &c.] Ejusdem saporis est hoc epigramma ac istud pastoris apud Virgilium, Ecl. VII. vs 33. &. *Sinum lactis, & haec te liba, Priape, quotannis Exspectare sat est, custos es pauperis horti. Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu, Si foetura gregem suppleverit, aureus esto.*

T. 17. ep. 1. Ἀκμῆς γυίων ἀρφανισμένος.] Emendatum manu erudita in codice Scaligeri, γυῖον.

T. 24.

* *Lib. XIV. c.6. Ubi Vid. Gronov.* † *Anthol. libr. 1. tit 44. ep. 3.*
§ *Ezech.* 23. 20.

T. 24. ep. 4. *Τρομερῷ πὲρ γήραϊ.*] Reſcribit Scaliger, *ἐπὶ γήραι.* Et mox, *τάνδε βαρυνομέναν*, pro *τᾶσδε.*

T. 25. ep. 6. *Ξιφέων ἐξεκόλαψε γένυς.*] Os gladii, in libris ſacris פי חרב. Et in libro Judicum gladius anceps dicitur habere שני פיות, *duo ora.* Hinc & culter Ebraeis dicitur מַאֲכֶלֶת ab אָכַל *comedit* : non quod cibum eſui paret, ut nugantur Judaei Interpretes, ſed quod carnes conſumat & velut voret: juxta illud Moſis in Cantico, vs. 42. *Gladius meus devorabit carnes.* Placuit Graecis eadem metaphora; nam ferrum acuere dicunt *ςομῶσαι*, aciem *ςόμωμα*, exacutionem *ςόμωσιν.* Nos Galli ferri aciem obtundere dicimus, *reboucher;* ac ſi dicas buccam obſtruere.

T. 25. ep. 8. *Ῥοῦφος μεμβιάδης.*] Lege, *Μεμμιάδης.* Sic ſupra, *Ἀβ-βιάνου*, pro *Ἀμμιάνου.*

T. 25. ep. 11. *Οὐδέποτε κλεινοῖο λιπεῖν*] Lege *κεἰνοιο.*

T. 25. ep. 15. *Τίς τάδε μοι θνητῶν*, &c.] Scaligeri codex emendatum praeferebat aliena manu *θνητὰ*, quod probandum eſt.

AD LIBR. VII.

Lib VII. Ab initio. In lemmate, hic praefixo, conjeciſſe ſe ait Planudes in hunc librum epigrammata meretricia & amatoria, quae non nimis obſcoena ſibi viſa ſunt: at hujusmodi plurima videntur certe nobis, quibus frons tenerior eſt. Quae vero valde impudica eſſent, cujusmodi multa extabant in ſuo codice, ab iis manum abſtinuit. Verum collecta ſunt ab aliis, atque hanc puto eſſe originem Anthologiae cujusdam, quam nequitiae Scholam dicas. Eam ex Bibliotheca Palatina depromſerat Salmaſius, & plurima ejus circumferuntur exemplaria. Multiplex autem fuit Graecorum epigrammatum collectio. Fuit una Meleagri, altera Philippi, quaedam Agathiae valde celebris. Memoratur & illa Archiae. Ex his eam, quam habemus, concinnavit Planudes. Cujus rejectanea obſcoenam hanc dederunt quam dixi.

Ep. 12. *Σιμωνίδου. Ἔμπορε, καὶ φόρτηγε.*] (1) Horatius: *Seu vocat inſtitor, Seu navis Hiſpanae magiſter, Dedecorum pretioſus emtor:* (2) Ovidius: *Inſtitor heu noctes, quas mihi non dat, habet.* (3). M. Seneca: *In viciniam mulieris peregrinus mercator commigravit.* (4) Propertius: *Nec tibi diſpliceat miles non factus amori, Nauta nec attrita, ſi ferat aera, manu.* (5). Horatius iterum, *Abſentem ut cantat amicam Multa prolutus vappa nauta, atque viator.* Vetus epigramma in Catalectis: *Nec dein movere lumbos in crocotula Prenſis videbo altaribus, Flavum prope Tiberim, & olentes nauticum vocare.* Hinc lupanaria poſita erant in Piraeeo.

Ep. 19. *Χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐσώκει.*

(1) *Horat. Carm. libr.* 3. *Od.* 6. (2) *Ovid. Remed. Am. v.* 306.
(3) *M. Sen. Controv.* 15. (4) *Propert. libr.* 4. *Eleg.* 5. *vs.* 49. 50
(5) *Horat. Serm. libr.* 1. *Sat.* 5. *vs.* 15, 16.

κει. Θνητὸς ὁ δαίμων; τίσομαι. ἐγκλήμων δ' ἔσομ' ἀλεξάμενος.] Manifesto haec lupata sunt. Sic autem ea restituere tentabat vir ille doctus, qui versaverat codicem Scaligeri, *τὸν ἀλιτρὸν ἔσω, καὶ θνητὸς ὁ δαίμων τίσομαι· ἐγκλήμων δ' ἔσθ' ὅ μ' ἀλεξάμενος.* At quomodo haec consentiunt istis, *οὐκ ἀδικῶ τὸν ἔρωτα*, unde initium ducit epigramma. Certius haec ita emendaveris, *Χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐγ' ὡς κ' εἰ θνητὸς ὁ δαίμων; τίσομαι; ἐγκλήμων δ' ἔσσομ' ἀλεξάμενος.* An ego mortalis ulciscar perniciosum illum Deum, perinde ut si mortalis esset? reus utique essem, si eum repellerem.

Ep. 21. *Γύμνην ἦν ἐσίδῃς.*] Sensum hujus epigrammatis attigit Scholiastes, literamque Epicharmi hic notatam recte expressit, cui figura obscoena inest. Pluribus haec explicare non est pudoris nostri. Nihil hic sani sapiunt Interpretes. Ac fortasse nihil hic videre melius fuerit. Quod si rem intellexisset Planudes, locum hic habere non sivisset.

Ep. 24. *Ναὶ φιλάγρυπνον λύχνον.*] Nam ad lucernam res amatoriae peragebantur. Pleni libri Poëtarum. Philodemus infra, ep. 89. *λύχνον τῶν ἀλαλήτων συνίστορα* appellat. (1) Horatius de meretrice: *sub clara lucerna.* (2) Propertius: *Quam multa apposita narramus verba lucerna!* Alter: *Factaque deliciis conscia testa meis.* (3) Martialis: *Quas utrimque pugnas Felix lectulus & lucerna vidit!* Item: *Dulcis conscia lectuli lucerna, quidquid vis facias licet, tacebo.*

Ep. 26. Τῷ θαλλῷ Διδύμη, &c.] Emendabat Scaliger, ἡ θαλλῷ, quod mihi non sapit.

Τήκομαι, ὡς κηρὸς, &c.] Sappho ad Phaonem apud Ovidium. *Uror, ut, indomitis ignem exercentibus Euris, Fertilis accensis messibus ardet ager.*

Ep. 42. *Φορβῆς ἡ μανίη*] Frustra haec labefactare conatur Scholiastes. *μανίη φορβῆς*, *insania pabuli*, hoc est, insanum pabuli desiderium: vel furor ignis, qui per pabulum nutritur & augetur.

Ep. 43. *Ὤμοσα μιμνάζειν*, &c. (4) Tibullus: *Juravi quoties rediturum ad limina numquam? Cum bene juravi, pes tamen ipse redit.* (5) Propertius: *Peccasse fatetur Laesus, & invitis ipse redit pedibus.*

Ep. 46. *Κεκρύφαλοι σφίγγουσι τεὴν τρίχα;*] Infra hoc libro. ep. 176. *εἴτε σε κυανέῃσιν ἀποστίλβουσαν ἐθείραις, εἴτε πάλιν ξανθαῖς εἶδον, ἄνασσα, κόμαις, ἴση ἀπ' ἀμφοτέρων λάμπει χάρις.* (6) Tibullus: *Seu solvit crines, fusis decet esse capillis: Seu comsit, comtis est veneranda comis.* (7) Propertius: *Seu vidi ad frontem sparsos errare capil-*

(1) *Horat. Serm libr. 2. Sat. 7. vs.* 48. (2) *Propert libr.* 2. *Eleg.* 15. (3) *Martial libr.* 10. *Epigr.* 38. & *libr.* 14. *Epigr.* 39.
(4) *Tiball libr.* 2. *El.* 6. (5) *Prop. libr.* 2. *El.* 25.
(6) *Tibull. libr.* . *El.* 2. (7) *Prop. libr* 2 *El.* 1.

pillos, Gaudet laudatis ire superba comis. (1) Ovidius: *Saepe etiam, nondum digestis mane capillis, Purpureo jacuit semisupina toro: Tum quoque erat neglecta decens.*

Ep. 50. Ουτε ῥόδον ςεφάνων ἐπιδεύεται,] Lege, οὐ ῥοδέων ςεφάνων ἐπιδεύεται.

Ep. 51. Τοῦτον καὶ Φαέθοντι καὶ Αἴδοῖ, βάρβαρε, δεῖξα.] Lege, ἄϊδι.

Ep. 61. Καὶ καλὸς, ὡς ἐν ἔρωτι.] Virgilius, Ecl. 2. *Nec sum adeo informis; nuper me in litore vidi.*

Ep. 71. Ἡ πάρος ἀγλαΐῃσι, &c.] Ejusdem argumenti epigramma mox reperies. (2) Horatius: *Parcius junctas quatiunt fenestras Ictibus crebris juvenes protervi.* Item: l. 4. od. 13. *Fis anus, & tamen vis formosa videri.* Vide reliqua.

Ep. 73. Τήν δ', ἀμέγαρτε, παρείην, &c.] (3) Horatius: *Invicem moechos anus arrogantes Flebis in solo levis angiportu.* (4) Ovidius: *Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem, Frigida deserta nocte jacebis anus: Nec tua nocturna frangetur janua rixa; Sparsa nec invenies limina mane rosâ.* † Propertius, *Exclusa inque vicem fastus patiere superbos, Et quae fecisti facta queraris anus.*

Ep. 76. Διὰ τὰ λύσιμα τῶν νόμων.] De jure respondebat; legum nodos solvebat.

Ep. 79. Ἤλιτεν ἡ νεότης.] Petronius: *Fateor me, domina, saepe peccasse; nam & homo sum, & adhuc juvenis.*

Ep. 83. Νῦν καταγιγνώσκω καὶ τοῦ Διὸς, &c] Haec est epigrammatis sententia: Parum utique scit amare Jupiter, si non superbae hujus meretricis caussa Europen & Danaën relinquat. Quanquam scorta aspernatur: scio enim hunc regias tantum virgines sectari. Verum aliter * Tzetzes, qui Jovem ait & plebejas & regias virgines amasse; illas dictas mortales feminas, has Deas.

Ep. 87. Δακρύεις, ἐλεεινὰ λαλεῖς, &c.] Scopum tangit Scholiastes Graecus. Caecutiunt Brodaeus & Opsopoeus, qui haec dicta putant ad puellam, cum dicta sint a puella: nam sequitur, ταῦτα μὲν ἐςιν ἐρῶντος, non ἐρώσης.

Ep. 94. Ἑξήκοντα τελεῖ λυκάβαντος ἐς ὥρας.] Lege, τελεῖ λυκάβαντας ἐς ὥρας. Vel, πέλει λυκάβαντος ἐς ὥρας. Vel, τελῷ λυκάβαντος ἐς ὥρας.

Ep. 101. Ει δ' ὀπικὴ καὶ Φλωρά.] Quid si Φλαῦρα?

Ep. 102. Νῦν δ' ὑγίαινε, γύναι.] Nunc vale. Quasi dicat, Scio qua arte hanc asperitatem mollire possim, nempe te relinquendo.

Ep. 108. Ει γάρ σου τὰ πεδηγὰ, &c.] Adscriptum in codice Scaligeri manu erudita, ἢ γάρ σευ. Et deinde, πάροικον ψυχῇ.

Ep. 110. Τὴν τρυφερὴν Σκύλλαν —] Nec

(1) *Ovid. Amor. libr.* 1. *El.* 14.
(2) *Horat. libr.* 1. *od.* 25.
(3) *Horat. libr.* 1. *Od.* 25.
(4) *Ovid. Art. libr.* 3. *vs.* 69. *&c.*
† *Propert. libr.* 3. *El. Ult.*
* *Tzetz. Chil.* 2. *Hist.* 36.

Nec Trypherae, nec Scyllae nomen feminae huic fuit, quod cenſuerunt Interpretes. Sed metaphoram continuans, Scyllae eam comparat, Scyllamque appellat, non lapideam illam, ſed mollem, & ſpirantem delicias: in qua tamen naufragium & jacturam timet facere.

Ep. 121. Ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης Ἄλγος, ὃ μὴ κρίνων κοινὸν ἄγοντι πόθος.] Ordo eſt, ὁ ἐξ Ἀφροδίτης πόθος, μὴ κρίνων κοινὸν, ἀεὶ ἐςί μοι ἄγοντι ἄλγος. At Scaligeranus codex hanc emendationem incerti auctoris praeferebat, ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης ἄλγος, ὁ μὴ κιρνῶν κοινὸν ἄκοντι πόθος.

Ep. 128. Γείτονα παρθένον εἶχον Ἀμυμώνην Ἀφροδίτην.] Conſulit Venerem, quid in re dubia facturus ſit. Legendum itaque, Ἀφροδίτη. Pro eo quod ſequitur, τί πλέον τὸν πόνον ᾐσθάνετο. Lege, τί πλέον; τὸν πόνον ᾐσθάνετο.

Ep. 133. Μύρῳ τὸ μύρον θεραπεύων,] Τὸ μύρον, puellam ſibi amatam appellat; quaſi ipſa ſit exquiſitum aliquod unguentum, ob fragrantiam & delicias. Sic infra Argentarius, ep. 173. Ἰσιὰς ἡδύπνοιε, καὶ εἰ δεκάκις μύρον ὄζεις. Odorum autem magna gratia in rebus amatoriis. Hinc * Canticum, *Meliora ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulae dilexerunt te. Trahe me: poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Item, *Nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus myrrhae dilectus meus mihi. Botrus cypri dilectus meus mihi.* Iterum; *Emiſſiones tuae cypri cum nardo; nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum, cum univerſis lignis Libani; myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis.* Conſimilia multa praebet ſacrum illud Drama longe elegantiſſimum. † Lucretius de moribus amantium: *Pocula crebra, unguenta, coronae, ſerta parantur.* Catullus in Coma Berenices, †† *Quae jucunda mihi munera libet onyx: Veſter onyx, caſto petitis quae jura cubili.* Vetus odarium: *Sinus expenſa profert cinnama. Undique ſurgunt ex te deliciae* Hinc & nomina puellarum, Myrrha, הַדַּסָּה, hoc eſt Myrto, Cypris, Rhode, Rhodanthe, Io, Suſanna, ſexcenta hujuſmodi.

Ep. 159. Ἀσαρκοτέρην Ἀφροδίτης ὄψεαι] Videtur eſſe Dialogus: alioqui legendum ὄψομαι. Elegantiſſimum epigramma.

Ep. 171. Κάλλος ἄνευ χαρίτων, &c.] Hoc diſtichon a ſequenti disjungendum, ut fiant duo epigrammata.

Ep. 176. Οὐκ ἔτι βαςάζω, &c.] Puella ex voto ſecubabat ab amatore ſuo. Ait ille, ſe ejus deſiderium ferre non poſſe: ſed vel violaturum voti religionem, cui conſenſerat cum juramento, vel abiturum Epheſum patriam ſuam, vale ipſi dicto. Sic Ovidius conqueritur in libris Amorum,

* *Cant.* 1. 1. & *ſeq.* 1. 11. & 4. 13. 14.
† *Lucret. libr.* 4. *vs.* 1126. †† *vs.* 82, 83.

rum, facris Cereris fe ab amica arceri. Si haec fit nativa fententia, legerim, εἰς δὲ σὸν ὄμμα ψεύσομαι, non πτήσομαι.

Ep. 183. Καὶ τόσον; οὐ δύναμαι.] Digitis oftendit ancilla, quantum auri hera poftulet. Itaque haec dicuntur δεικτικῶς.

Ep. 184. Ἄλλος ὁ Μηνοφίλας, &c.] Menophila, nomen ex Aftrologia petitum: μὴν enim eft Sol, μήνη Luna. Dedita autem erat Aftrologiae impura ifthaec Menophila, vel deditam fe fimulabat cum mulieribus aliquot fui fimilibus, & Venerem cum Aftrologis fuis exercebat. Κόσμος, & mundum, & coelum, & ornatum notat. Ludit hic duabus poftremis fignificationibus. Οὐρανὸς, praeter fignificationem, quam hic ipfi tribuit Brodaeus, defignare poteft vel tentorium, in quo coeli fervandi fpecie cum moechis volutabatur Menophila; vel fornicem lupanaris. Κυὼν quid fit, difces ex Hefychio.

Ep. 187. Οὐ δύναμαί σ' ἐθέλων θέσθαι φίλην.] Brodaeus legit φίλον, Scaliger φίλην θεῶ.

Ep. 188. Κῦρος κύριός ἐστι, &c.] Dominus meus eft Cyrus: quid ad me fi duo haec verba κῦρος & κύριος literula una differunt? formofum hunc Cyrum non lego fed video.

Ep. 192. Τοὔμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.] Eleganter Malherba noftras: *Et moy je ne vois rien quand je ne la vois pas.*

Ep. 197. Τὸν τρυφερῆς παρθένου,] Scribe πάρθνου, ut conftet verfus.

Ep. 207. Κρύψη μία τοὺς φιλέοντας χλαῖνα] Ovidius, * *Vefte fub injecta dulce peregit opus.* Id Petronius † *Vesticontubernium* appellat. Pro eo quod fubeft, καὶ αἰνῆται Κύπρις, reponit Scaliger ἀνῆται.

Ep. 208. Ὁ τῇ σταφυλῇ παρεπέμψω.] Lege, ὅτ' ἧς σταφυλὴ παρεπέμψω. Quod placet & Brodaeo. Neque me cruda amafti, neque matura; nunc faltem exoleta & ὑπέρακμος ama me.

* *Amor.* 1. *el.* 4. *vs.* 48. † *Cap.* 12. *p.* 61. *ed. Burm.*

ΠΑΤ-

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ,

εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά.

Ἡμιάμβια δίμετρα καταληκτικά.

Βουλεῖ μαθεῖν, ἄνθρωπε,
Θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα,
Πῶς καὶ πόθεν νοσοῦσι,
Φανὲν, προχεῖται πᾶσιν
Ἀνάργυρον δώρημα,
Καὶ προσφιλὲς γάνωμα;
Ἔγωγε τοῦτο δείξω,
Ἐγὼ φέρων διδάξω,
Ὅσον σοφοὶ νοοῦσιν,
Ὅσον φύσις παιδεύει,
Καὶ πεῖρα συνδικάζει.
Πρόσχες. Φράσων γὰρ ἥκω·
Ἔνερθε γῆς σήραγγας
Εἶναι στενὰς νοοῦσιν.
Ὕδωρ ἐκεῖθεν ἔνθεν
Ἀντιτρέχον πιλεῖσθαι
Πιλούμενον δὲ, θέρμην
Οὐ τὴν τυχοῦσαν πάσχειν·
Ἄλλοι λέγουσι τοῦτο·
Μέταλλά που θειώδη
Γῆς ἐν μύχοις ὑπάρχειν·
Τὸ γειτονοῦν οὖν νᾶμα
Θέρμης τυχὸν βιαίας,
Κάτω μένειν οὐκ ἴσχον,
Ἄνω τρέχει τῷ πλήθει.
Ποῖον δέχῃ; τὸ πρῶτον;
Ἀλλ' οὐ δέδεγμαι τοῦτο.
Τῷ δευτέρῳ σύμφημι·
Ὀδμὴ γάρ ἐστιν, οἶδας,
Μυδῶσα, δυσπνοοῦσα,
Τρανόν τε μαρτυροῦσα.
Οὕτω προῆλθε πᾶσι
Τὸ θερμόβλυστον ῥεῖθρον,
Ἱπποκράτης ἄψυχος,
Τέχνης ἄνευ Γαληνός.
Πίστις δὲ τούτου, νῆσος
Τὸ πῦρ ἄνω φυσῶσα
Πολλῷ βρέμον σὺν ἤχῳ,
Πολλῇ τε σὺν κινήσει.
Οἶδεν φέρειν τοιαῦτα
Τιτανία Μηδίας,
Καὶ Περσικὴ Πιττάκη,

Καὶ

Καὶ Λυδία πλουτοῦσα
Ἡρακλέων ςηλῶν δὲ
Ἐν δ' αὖ γε Πιθηκούσαις,
Ἀφεγγές ἐςιν ἆσθμα,
Πέμπει λίθους θειώδεις,
Ὄψει τὸ πᾶν δηλοῦντας.
Πρὸς ἄλλα κρείττω μείζω.
Ἄλλη μέθην ποιεῖ δὲ·
Ἄλλη γάλα προτείνει·
Πτηνῶν ἄκος νοσούντων.
Μίσητρόν ἐςιν ὕδωρ.
Πίδαξ ἀναῤῥοιβδεῖται·
Προλεκτικόν που πνεῦμα·
Πῶς ἐξάγει; τὶ τοῦτο;
Πηγὴ ψόγῳ θολοῦται,
Ἄλλοι λέγουσιν ἄλλην
Ἄλλην καθαρτικὴν δὲ
Ὕδωρ πικρὸν τελεῖ δὲ
Ὃ νὺξ γλυκαίνειν οἶδεν
Ὄλβος δὲ πηγῆς ἐςι,
Ὁλκὴν δὲ τὴν βαρεῖαν
Ἄλλος δὲ ῥοῦς μικρός σοι,
Ὀςῶν τε τὰς κατάξεις
Θέλεις προσοίσω πλείω;
Ὅπερ βαλὼν εἰς ἄγγος,
Κρυςαλλόπηκτον εὕροις.
Ἐξ οὗ πιεῖν προκύψας,
Γῆς μητρὸς ὡς ἐν κόλποις.
Ὡς, εἰ δεδέξεταί τι,

Μεταλλόχρυσον γαῖαν·
Πόῤῥω πέφυκε πλεῖςα.
Καὶ Λιπάρᾳ τῇ νήσῳ
Ὃ νυκτί περ παμφαῖνον,
Πολυψόφους, βροντώδεις,
Ἔςι δὲ μικρὰ ταῦτα
Πηγὴ τελεῖ γὰρ λήθην·
Ἄλλη δ' ἔλαιον βλύζει.
Καί που τροχάζει νᾶμα
Καί που ποθοῦσιν οἶνον,
Καί που μέσον θαλάσσης,
Καί χασμάτων ἐκπνεῖται
Ἄσφαλτον ἄλλη γῆ δὲ
Ὦ θαυμάτων τὸ θαῦμα.
Αἰνουμένη δὲ λάμπει.
Κρυπτοὺς δόλους ἐλέγχειν.
Χυμῶν μόνων θρυλλοῦσιν·
Φῶς ἡλίου καυσῶδες,
Εἰς ἠδύληπτον ἕλξιν·
Φύσιν κάτω τὴν κούφην,
Ἄνω φέρων ὡς ἄχνην·
Ὃς σωμάτων τὰς θλάσεις,
Σφίγγει, τρέφει, πιαίνει.
Ἔςιν, λέγουσι, νᾶμα,
Εἰ νυξὶν αἰθριάζοις,
Ἔςιν, λέγουσιν, ἄλλο,
Δῦνον βλέπει, σε φεῦγον,
Ἔςιν δὲ ῥοῦς, ὢ θαῦμα,
Λίθον τελεῖ τὸ πρᾶγμα

Ἐν

Ἐν ἡμέραις οὐ πλείσταις·
Βραχὺ βρύουσαν ὕδωρ,
Πλείω δίδωσι ῥεῖθρα.
Ἢ χείματος παρόντος
Προχεῖ θέρους δὲ νᾶμα.
Ἄλλην λέγουσι κρήνην,
Ἤ τις παρόντος ὄχλου
Ἄλλην δέ που πιστοῦνται,
Ἀνικμός ἐστι πᾶσα.
Ἄλλην ἀκούεις πάντως
Ὕδωρ φέρειν νιτρῶδες.
Λελουμένους ἐκεῖθι.
Ὡς μὴ πίνεσθαι ζώοις.
Ἡ στῆψις ἄλλης ὕλης·
Πολλὰς φυτῶν αἰγείρους,
Ὡς ῥυμμάτων μὴ δεῖσθαι
Θερμὰ προχεῖ δὲ λίμνη,
Ὄζει γὰρ ὥς τι πῦον,
Ἐκεῖ λέγουσιν εἶναι
Ἤλεκτρον ἐξαγούσας,
Τὸ χρυσόμορφον εἶδος·
Ὡς δάκρυον γλοιῶδες.
Ὢ τοῦ ξένου μετάλλου·
Φέρει τόπος τὶς λίμνην,
Πρὸς ἣν θέλων λουθῆναι,
Πίπτει δὲ τοῦτο πρῶτον,
Ἔπειτα δὴ πετροῦται.
Δεῦρο φράσω καὶ τἄλλα·
Μικρὰν λίαν, κυκλώδη·
Πεπλησμένην εὑρήσεις.
Ἕως δὲ πεντήκοντα
Εἰ δ' αὖ τὶς αὐτῇ πλείους
Ἔξω τρέχουσα ῥίπτει,
Πέτρας καπνὸς δ' ἐξέρπει,
Ὅπερ σαφῶς ἀνάψεις,
Λελουμένους καθαίρει·
Ἄνδρας φέρει λουθῆναι,
Τοὺς ἀκρίτως τρυφῶντας.
Κρύπτων ἔσω τὸ καῖον.
Ἔλαιον εἴπερ στάξεις·
Ἄλλη δέ τις βραχεῖα,
Εἰς ἣν ἔλαιον ῥαίνων,
Δέλτοι φέρουσιν ἄλλην
Πῦρ ἐξ ὀπῆς ἀνίσχειν,
Λίθους ἔχει δὲ ῥεῖθρον
Πῦρ ἐξέθαλψε πέτρα.
Πάντως σβέσεις τὸ φαῖνον·
Ὥρᾳ θέρους βαθείᾳ
Χειμῶνος ὕδωρ ῥεῖν δέ.
Ἅπτοντας ὡσεὶ δᾷδας,
Οὓς ῥιπίδι ψυχάζων,
Εἴδ' αἷμα ῥαίνων σπείσεις,
Ἄλλης ὀπῆς ὠθεῖται
Καὶ τὴν φίλεχθρον μίξιν,
Τὸν φλογμὸν ἐκπραΰνεις.
Τὸ πῦρ πλέον τυφοῦται.
Ὕδωρ τε καὶ πῦρ μίγδην,
Τετρακτύος πιστοῦνται·

Οὕτω φύσεις ἀπείρους
Κτίζων, ἄγων, ἰθύνων,
Πρὸς θαῦμα καὶ λατρείαν
Τοῦτον κάλει θεόν σου,
Μηδὲν τυπῶν πρὸς εἶδος,
Ἄγνωστόν ἐστι πνεῦμα,
Ἄληκτόν ἐστι θαῦμα,
Ἀῤῥητολεπτόπνευστον,
Ἐν πανσόφῳ χωρίῳ,
Οὕτω τὰ μὲν κατεῖδον,
Τὰ δ' αὖ συνῆξε πεῖρα·
Τὰ δῆλα τῶν ἀδήλων,
Τούτων σκοπῶν τὸ θαῦμα,
Τὴν τρισσόφωτον φαῦσιν·
Ζητῶν δὲ καὶ θεώσεις

Ὁ δεσπότης ἁπάντων,
Κινῶν, πλέκων, ὡς οἶδε,
Φύσεις σαφῶς ἐγείρει·
Τοῦτον φρεσὶ φαντάζου,
Εἰ μὴ θέλεις γε πταίειν.
Ἄῤῥητόν ἐστι πρᾶγμα,
Ἀναρχοφωτόμυστον,
Κόσμους φέρον καὶ βίους,
Ἐν ἐνδίκῳ προνοίᾳ.
Τάδ' αὖ βίβλοι βοῶσιν·
Καὶ πίστις ἐστὶ πάντως
Τὰ μικρὰ τῶν μεγίστων·
Οἶδα, πλέον ποθήσεις
Ποθῶν δὲ καὶ ζητήσεις
Μετουσίᾳ τὸ κρεῖττον.



NO-

N O T Æ

A D

PAULI SILENTIARII

C A R M E N

De Thermis Pythicis.

Samuel Bochartus, Vir longe doctissimus, quicum diu in sinu Musarum conjunctissime vixi, rogatus olim ab amicis per epistolas de obscuris quibusdam Carminis hujus locis, cum non alio unquam usus esset Anthologiae codice, quam qui Genevae cum reliquis Poëtis Graecis editus est, misit ad me quaesitum aliudne mihi esset ad manum exemplar, in quo extaret carmen illud, in Genevensi quippe praetermissum esse; id si esset, copiam sibi ejus facerem; prius tamen loca, de quibus consultus fuerat, ac totum etiam Poëma perlustrarem, meamque de eo ad se sententiam perscriberem. Adii statim ad Henrici Sthephani editionem, & tantam rerum omnium ac verborum perturbationem inesse sensi, ut inexplicabile opus visum sit. Adjecto autem deinde attentius animo, observatisque versibus quibusdam consimilis vel affinis sententiae, conjunctisque iis inter se, & in optimum sensum convenientibus, deprehendi demum viginti sex prioribus versibus vigenti sex sequentes ita esse inserendos, ut primo primus, secundo secundus, atque ita reliqui omnes subnecterentur; idem porro faciendum in triginta sequentibus versibus, & qui iis subjuncti sunt aliis triginta: pergendum deinde eodem modo in triginta aliis connectendis cum subjectis triginta, & octo denique sequentibus octo postremos simili ratione esse copulandos. Reputanti mihi postmodum cum animo meo, unde orta esset jocularis illa perturbatio, venerunt in memoriam Ovum & Securis Simmiae Rhodii, quae

olim Salmaſius, ducibus Hephaeſtione & ejus interprete Holobolo, expoſuit. Verum iſtic ultima primis, ſecundis penultima ſubjungenda erant, in Pauli Silentiarii Carmine prima primis, ſecunda ſecundis. Memineram & moris veteris Poëtarum, verſuum ſuorum deſcribendorum βȣςροφηδὸν, ſed nec id congruere viſum eſt: exoleverat enim longe ante Paulum mos iſte. Suſpicatus ſum denique, quod & verum poſtea comperi, verſus iſtos propter brevitatem per columnas geminas in eadem pagina fuiſſe digeſtos, & in ſingulis primae paginae columnis viginti ſex fuiſſe verſus; triginta in ſingulis columnis duarum paginarum ſequentium; octo in ſingulis poſtremae paginae; ita tamen ut primae columnae primum verſum primus ſecundae exciperet, ſecundum ſecundus, atque ita porro diſponerentur reliqui; idemque fieret in ſequentium pagellarum columnis & verſibus; atque eo demum accedentes imperitas Typographii operas totam primam columnam, deinde ſecundam, tum tertiam, atque ita deinde caeteras deſcripſiſſe. Suſpicionem hanc res deinde ipſa confirmavit, nam in editione Aldina anni 1521, ita diſpoſitos reperi verſus illos per pagellas & columnas, uti fueram ſuſpicatus. Aldinam porro editionem ſecutus Frobenius in editione ſua anni 1549 legitimum ordinem non tenuit, omniaque perturbavit, & Stephano deinde admittendae ejusdem confuſionis auctor fuit. Aliquanto poſt deinde geminum extare cognovi poëmatis hujus exemplar in codicibus manu ſcriptis Bibliothecae Regiae, utrumque deſcriptum per columnas, eodem plane ordine atque modo, quo initio conjectaveram: primo ſcilicet verſu primam columnam auſpicante, ſecundo ſecundam; tertio ſecundum tenente locum primae columnae; quarto ſecundum ſecundae; & ita demum in ſequentibus verſibus, & ſequentium pagellarum columnis. Adtexta erant Scholia gemina in regio codice, quibus carere levem jacturam credidi; altera etiam viſa ſunt valde puerilia. Priora haec, a noſtris non multum diſcrepantia, edita ſunt a Bonaventura Vulcanio, cum ipſo Pauli Carmine emendato, & in legitimum ordinem reſtituto: ope nimirum codicis alicujus antiqui; etſi id tacuit. Scholia is ex conjectura adſcribit Emanueli Chryſolorae: quo argumento, neſcio. Deſiderantur ea, quibus ſuffarcinata erat prior pagella, quae nos ſupplere poteramus, ſi tanti res eſſet. Hanc Vulcanii editionem, diu a me & fruſtra quaeſitam, nactus ſum tandem beneficio Nicolai Heinſii, qui paulo poſt magnum elegantiarum ſuarum & amoenitatum deſiderium nobis, totique adeo literato orbi morte ſua reliquit. Sed nunc carmen ipſum excutiamus.

Lemma, operi praefixum, auctorem indicat Paulum Silentiarium: quod poſtremum vocabulum nomen fuit dignitatis ſacri Palatii. Silentiariorum munus fuit excubare in Auguſta domo, & ſilentium p[illegible]. Libro

bro duodecimo Codicis (1) Titulus habetur de Silentiariis & Decurionibus. Vixit Paulus ille Justiniani temporibus, ut docet nos (2) Agathias, qui & genus illius, opes, & doctrinam mirifice praedicat. Extant utriusque ἀμοιβαῖα epigrammata in Anthologia: unde mutuam eorum consuetudinem intelligas. Domnum Florum patrem habuit. Habuit & filiam, quae duodecim annos nata interiit, & in Macedonia sepulta est. Carmine multa lusit, quorum pars superest in Anthologia edita, pars in inedita. Superest & descriptio templi Sanctae Sophiae, quam impense laudat Agathias.

Εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά.] Pythia locus Bithyniae calidis aquis nobilis. Regiam domum & balneas illic a Justiniano magnifice constructas memorat (3) Procopius. Hinc Paulo data occasio fontis hujus celebrandi: cujus salubritas laudatur in (4) Anthologiae epigrammate, auctoris incerti; & apud (5) Stephanum.

Ἡμιάμβια] Anacreonticorum similia.

V. 2. Θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα.] Gregorius Nazianzenus Od. 2. p. 184. ἃ γῆ φίλη δίδωσιν ἄτεχνα δῶρα πᾶσιν.

V. 5. Ἀνάργυρον δώρημα.] Sic Aponi fons vocatur Claudiano, Eid. VI. vs. 70. *inemta salus.*

V. 6. Καὶ πρόσφιλὲς γάνυσμα.] Gregorius Nazianzenus Od. 2. p. 184. πατὸν μόθης ἄποιον, ἀκλήματον γάνυσμα.

V. 13. Ἔνερθε γῆς σήραγγας, &c] Legatur Andreas Baccius de Thermis libr. 1. cap. 17. ubi referuntur opiniones veterum de aquarum terra erumpentium calore. Vulcanius legebat, σύριγγας.

V. 15, 16. Ὕδωρ ἐκεῖθεν ἔνθεν ἀντιτρέχον πιλεῖσθαι] Verbum πιλεῖν, quod proprie lanam cogere significat, ad alia omnia, quaecunque constipantur, usus extendit. Sic saepe in libello de mundo.

V. 36, 37. Νῆσος τὸ πῦρ ἄνω φυσῶσα.] Siciliam designat, quae Νῆσος dicitur κατ' ἐξοχὴν, quippe insularum omnium, quae sub coelo sunt, pulcherrima, felicissima, optima & maxima (6) Diodoro & Straboni dicta; & caeteris antelata ab auctore libri de mundo.

V. 40, 41. Οἶδεν φέρειν τοιαῦτα Τιτανία Μηδείας.] Sic Regiorum Codicum unus, cum alter habeat μηδίας, quod & Frobeniana editio & Vulcaniana exhibent; improbante Scholiaste, qui legi jubet μηδείας. Ac suspicabar primum, Titaniam Medeae esse Colchidem, Medeae patriam; Colchis enim *Titania tellus* appellatur a (7) Valerio Flacco, &

Tit-

(1) *Titul.* 16. (2) *Agath. libr.* 5. *p.* 147. 148.
(3) *Procop. de Aedificiis libr.* 5. *cap.* 3.
(4) *Anthol. libr.* 4. *cap.* 26. *Epigr.* 1.
(5) *Steph. in* Θέρμα.
(6) *Diodor. Fragm. libr.* 23. *init. Strab. libr.* 6. *p.* 272.
(7) *Valer. Flacc. libr.* 5. *vs* 464.

Τιτηνίδος αἴης meminit (1) Apollonius, ejus ſcilicet regionis Colchorum, quae Titeni fluvio adjacet. Et Æetes rex gentis hujus Titanis, hoc eſt Solis filius fuit. Sed me demum dimovit ab hac ſententia Ariſtotelis liber περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, p. 1153. edit. Du Val. unde poëmatii hujus argumentum fere tranſtulit Paulus. Sic ille: ἔςι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιττακίνῃ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα, τὰ μὲν ἐν Μηδίᾳ ὀλίγον, τὰ δὲ ἐν Ψιττακίνῃ πολὺ καὶ καθαρὸν τῇ φλογί. Et mox, Φασὶ δὲ καὶ περὶ Ατιτανίαν, πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Απολλωνιατίδος εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐςιν. ἐπειδὰν δ' ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτὴν, ἐκφλογοῦται. Haec nobis facem praeferunt ad emendationem Pauli. Sic ergo legendum cenſeo:

Οἶδεν φέρειν τοιαῦτ' ἀ-
Τιτανία, Μηδία.

Prima litera vocis ἀτιτανία coaluit cum poſtrema vocis praecedentis, & priorem verſum claudentis. Sic Pindarus, ſic Sappho, ſic Catullus, ſic Horatius. Porro petra illa Apolloniatidis ignes ferens, Nymphaeum & Crater Nymphaei appellatur. Mentio ejus frequens apud veteres, ac Plinium praecipue. De Mediae ignibus praeter Ariſtotelem teſtimonium dant, Plutarchus in Alexandro, qui Ecbatanis fontem ignis & naphthae eſſe narrat; & * Plinius qui ignes in Medis flagrare ſcribit. Hinc ignis Medicus, & oleum Medicum.

V. 42. Καὶ Περσικὴ πιττάκη.] Rurſus recurrendum ad Ariſtotelem: † ἔςι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιττακίνῃ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα, τὰ μὲν ἐν Μηδίᾳ ὀλίγον, τὰ δὲ ἐν Ψιττακίνῃ πολὺ καὶ καθαρὸν τῇ φλογί. Διὸ καὶ μαγειρεῖα πρὸς αὐτῷ κατεσκεύασεν ὁ Περσῶν βασιλεύς. Hinc liquet vanam fuiſſe conjecturam Bocharti, qui hic olim pro, πιττάκη, legi volebat, πακτυική. Quam Pſittacinen Ariſtoteles, eam Pittacen vocat Paulus; alii Sittacenen. Sic ψίττακος & σίττακος, avis illa garrula, quam & βίττακον appellat Cteſias in Indicis, fortaſſe pro, πίττακον. Nempe ex Pſittace, per dialyſin τοῦ ψ factum eſt Pittace & Sittace, ut ex צור per dialyſin τοῦ צ factum eſt Tyrus & Sarra. Id crediderim potius quam ex σιττάκη factum ψιττάκη, ut ex σάγδας, ψάγδας, ex σώχω, ψώχω. Praeſertim cum Damophilus apud Stephanum § Pſittacen dictam putet ἀπὸ τῶν ψιττακίων, a piſtaciis. Caeterum Pſittace & Sittace primariae urbis nomen fuit, Pſittacene ipſius regionis. Verum hic πιττάκη dicta eſt Paulo regio ipſa: variant enim patronymica nomina; Tuſculi, & Tuſculani; Tiburnus & Tiburtinus; Poenus, Punicus, & Punicanus; Afer, Africus, & Africanus; Libyſtius, Libyſticus, & Libyſtinus. Similiter χώρα σιττάκη & σιττακήνη. Et Pſittacus dictus eſt pro Pſittacenus, ſupple ὄρνις. Sittacene por-

(1) *Apoll. lib. 4. Argon. vs. 131.* * *Plin. libr. 2. cap. 106.*
† *Loco cit.* § *De Urb. p. 764.*

porro quod ignes fundat ut Apolloniatis Macedonica, Apolloniatidos nomen & ipsa meruit; & perperam a Ptolemaeo disjunguntur, quasi duae regiones sint, quae eadem est.

V. 43, 44. Καὶ Λυδία πλουτοῦσα μεταλλόχρυσον γαῖαν.] Lydiae metalla & divitias omnis celebravit antiquitas. Secturas aurarias in ea foderat Croesus. Notus quoque Pactolus, & qui eum excipit Hermus, amnes auriferi. De Lydiae ignibus sic * Aristoteles: λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναφέρεσθαι πῦρ πάμπληθες καὶ καίεσθαι ἐφ' ἡμέρας ἑπτά.

V. 45. Ἡρακλέων στηλῶν δὲ πόῤῥω πέφυκε πλεῖστα.] Petita haec quoque ex eodem libro Aristotelis: λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι, τὰ μὲν διὰ παντός, τὰ δὲ, νύκτωρ μόνον, ὡς Ἄννωνος περίπλους ἱστορεῖ. En tibi verba Hannonis: inter Geograph. Vet. Script. Min. tom. 1. Pag. 4. περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμέρας δύο, γινόμεθα ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ, ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν, ὅθεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν, πῦρ ἀναφερόμενον πανταχόθεν κατ' ἀποστάσεις· τὸ μὲν πλέον, τὸ δὲ ἔλαττον. Loci hujus situm assignare debuerat Aristoteles in Æthiopiae ora occidua; sed quaecunque ultra Columnas Herculis sita erant, parum noverant Graeci. Et situm & rem clarius explicatam habes apud † Melam & Plinium; situm clarissime apud Ptolemaeum.

V. 47. Ἐν δ' ἂν γε Πιθηκούσαις, καὶ Λιπάρᾳ τῇ νήσῳ, &c.] Pergit Aristoteles, καὶ τὸ ἐν (τῇ) Λιπάρᾳ δὲ φανερὸν καὶ φλογῶδες, οὐ μὴν ἡμέρας, ἀλλὰ νυκτὸς μόνον· εἶναι δὲ καὶ ἐν Πιθηκούσαις φασὶ, πυρῶδες μὲν καὶ θερμὸν ἐκτόπως, οὐ μὴν καιόμενον. Τὸ δὲ ἐν τῇ Λιπάρᾳ ποτὲ καὶ ἐκλείπειν φησι Ξενοφάνης ἔτη ἑκκαίδεκα, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν. Pithecusae insulae sunt Enaria, Caprae & Sirenusae. Enariae insulae mons Epopeus, ignes eructare solitus, Eretrienses illuc ab Hierone missos expulit. Inde vetus fabula de Tiphaeo vel Japeto sub hoc monte sepulto, & ignes evomente. Sed & insulas hasce in Campano sinu enatas fuisse prisca ferebat fama; terram nimirum e fundo maris igne attollente: quod & alibi contigit. Nihil notius flammis Liparae, caeterarumque Æoliarum insularum. Hinc alia fabula de Vulcano & Cyclopibus, chalybes illic cudentibus. Caeterum § Calliam hic secutus videtur Paulus noster. Sic ille de Hiera insula in eruditissimis Scholiis Apollonii: κρατῆρες εἰσι δύο, ὧν ὁ ἕτερος ἐστι τὴν περίμετρον τριστάδιος, ἐξ οὗ πολὺ φέρεται φέγγος· ὥστε ἐπὶ πολὺν τόπον διήκειν τὸν φωτισμόν· ἔπειτα ἐκ τοῦ χάσματος ἀναφέρονται διάπυροι λίθοι ἀπλετομεγέθεις, καὶ τηλικοῦτος βρόμος γίνεται, καθ' ὃν καιρὸν συμβαίνει ἐργάζεσθαι τὸν Ἥφαιστον, ὥστε ἐπὶ πεντακόσια στάδια ἀκούεσθαι τὸν ἦχον· οἱ δὲ ἐκ τοῦ

* *Aristot. de mirab. ausc p.* 1153. † *Mel. libr.* 3. *cap.* 10. *Plin. libr.* 2. *cap.* 106 & *libr.* 6. *cap.* 30. § *Call. de reb. Agathocl. libr.* 10. *in Schol. Apollon. Argon. libr.* 3. *v.* 41.

τοῦ ἐκφυτήματος ἀναῤῥιπτούμενοι μύδροι, διὰ τὴν ἐκπύρωσιν πάντοτε ἰώδεις εἰσι καὶ διακεκαυμένοι τὴν ὄψιν, καὶ τὴν δύναμιν καθ' ἥλιον ἔχουσιν· νύκτωρ μὲν οὖν πάντα τὰ περὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ θεοῦ γινόμενα καλῶς δηλοῦται· μεθ' ἡμέραν δὲ, ἐκ τῆς κορυφῆς ὅθεν ἡ φλὸξ ἀνίησιν, ὥσπερ νέφος ὑπερκείμενον ὁρᾶται. Vides non rem ſolum, ſed multa quoque verba hinc Paulum ſumſiſſe. Legi volebat Bochartus, μύδροι διὰ τὴν ἐκπύρωσιν πάντοτε θειώδεις εἰσὶ καὶ διακεκαυμένοι τὴν ὄψιν καὶ τὴν δύναμιν καθ' ἥλιον οὐκ ἔχουσιν. Perperam inducta negativa particula. Vult Callias maſſas illas candentes Soli ſimiles eſſe & facie & vi: ut Anaxagoras Solem eſſe dicebat μύδρον διάπυρον. Nec ferri poteſt θειώδεις, nam quid hoc eſt; maſſas, quod incenſae ſint, ſulphureas eſſe? Retinendum, ἰώδεις, id eſt aeruginoſae.

V. 56. Πηγὴ τελεῖ γὰρ λήθην.] * Plinius: *In Boeotia ad Trophonium Deum juxta flumen Orchomenon duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus inventis.* Notum & Oblivionis flumen in Luſitania, tam certo oblivionem inducere olim creditum, ut non ſine formidine, certe non ante ducis ipſius exemplum, a Decimi Bruti militibus trajectum ſit.

V. 57. Ἄλλη μέθην ποιεῖ δέ.] Plurimi fontes memorantur hujusmodi: Lynceſtius in Macedonia, Naxius, Andrius, Chius, Imbrius qui maſculos animantes eunuchos facit, feminas vero ita inebriat, ut continuo dormiant; alter in Paphlagonia, alter in agro Campaniae Caleno; fons item Ciſſuſa prope Thebas, in quo fingitur Bacchus infans lotus fuiſſe a nutricibus. Vini rivos ſaepe Bacchum & Bacchas e terra eduxiſſe, fabulatores fingunt. Phaſidis aquam, in vaſe per diem integrum ſervatam, vinum ſuaviſſimum effici perhibet Cteſias. Perhibet & lacum Æthiopiae, colore rubrum, odore vinum referre, potores mente movere & lymphatos agere; quod & de Phrygiae flumine Gallo tradidit (1) Callimachus. Sunt & in agro Vapincenſi, & in aliis Galliae locis fontes vinoſi ſaporis. (2) Seneca generatim de aquis agens, mentem percellentibus, cauſſam refert ad ſulphur, nitrum, aut bitumen. Tum de Albula aqua: *Similem habet vim mero, ſed vehementiorem. Nam quemadmodum ebrietas, donec exſiccetur, dementia eſt, & nimia gravitate defertur in ſomnum; ſic aquae hujus ſulphurea vis habet quoddam acrius ex aëre noxio virus, quod mentem aut in furorem movet aut ſopore opprimit. Hoc habet mali & Lynceſtius amnis.*

Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.

Qui

* *Plin. libr.* 31. *cap.* 2. §. 11. (1) *Apud Plin. l.* 31. *cap.* 2. §. 5. (2) *Senec. Nat. Quaeſt. libr.* 3 *cap.* 20.

Qui plura volet (1) Baccium consulat.

V. 58. Ἄλλη δ' ἔλαιον βλύζει.] Talis fons Agrigentinus, sive oleo, sive bitumine manans, quo ad lucernarum lumina incolae utebantur. Talis & Liparis flumen Ciliciae prope Solos, unde & ipsi nomen. Talis & Titaresius Il. β. vs. 751. &c. Homero hoc nomine celebratus, quem accipit Peneus nec recipit, sed olei modo supernatantem brevi spatio portatum abdicat. Verba sunt (2) Plinii. Orcos appellabatur alio nomine, & e Styge profluere credebatur. Edule oleum ex fonte Cyoniorum oriri scripsit Ctesias; item apud Indos ingentem esse lacum, ex quo incolae oleum hauriant quod sesamino & nuceo bonitate praestet; quod & aliorum testimoniis confirmatur. An is Lycos est Indiae fons, cujus aqua lucernas ardere (3) Plinius prodit? Oxus certe aqua fluit pingui & unguinosa, & Alexandri tentorio locum parantibus juxta hunc fluvium metatoribus regiis olei fons erupit. Similem in Perside notat Sotion, similem Ecbatanis Plinius, similem in Armenia (4) Marcus Paulus; similem prope Tralles, similem prope Nyssam urbem, similem prope Dascyli pagum, similem Charcomedem fluvium, similem in ditione Carthaginiensium fontem (5) Athenaeus post Aristotelem & Sotionem; similem & in Æthiopia (6) Herodotus, cujus oleum violam redoleat, tantae levitatis, ut nihil ei innatare possit; similem alii in Septumanis, non longe a Biterris, similem & in Americana insula Barbadarum, & in Peruvia. Multos hujus generis recenset (7) Caesius.

V. 59. Ἄλλη γάλα προΐησι.] Prope hunc Dascyli pagum, quem mox dixi, & Cardiam in Bithynia, aqua fluit per Leucopedion, id est per albos campos, lacteum colorem & saporem referens. Fontes lacteos a Baccho & Thyadibus editos cantant Poëtae. Notae Albulae aquae Tiburi proximae, quae Anienem subeunt, si minus saporis, at coloris certe lactei. Notus & Nar Umbriae fluvius, sulphurea aqua, albus. Baiarum sulfureas aquas (8) Martialis canas appellat. Cydno quoque nomen a candore fecerunt Syri, si Solinum audimus; quo tamen significari potius putem pellucidum & purum; ut infra Paulus aquam nitidam dicit λάμπειν, unde & vocabulum *Limpidus*. Apono colorem album tribuit (9) Baccius, quem tamen caeruleum esse (10) Cassiodorus affirmat.

V. 61. Πτηνῶν ἄχος νοσούντων.] Redit Paulus ad (11) Aristotelem: περὶ Σικε-

(1) *Bacc. de Therm. libr.* 6. *cap.* 22. (2) *Plin. libr.* 4. *cap.* 8. (3) *Plin. libr.* 31. *cap.* 2. §. 14. (4) *M. Paul. libr.* 1. *cap.* 13. (5) *Athen. libr.* 2. (6) *Herod. libr.* 3. *cap.* 23. (7) *Caes. libr.* 1. *de mineral. cap.* 6. (8) *Martial. libr.* 6. *Epigr.* 42. (9) *Bacc. de therm. libr.* 1. *cap.* 14. (10) *Cassiod. libr.* 2. *Epist.* 39. (11) *Arist. de Mir. auscult. p.* 1152.

Σικελίας φασὶν εἶναι ὕδατος συστεμάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων, καὶ τῶν λοιπῶν ζώων, ὅταν ἀποβαφῇ, πάλιν ἀναβιοῖ. Sotion; παρὰ Κιλικίᾳ φασὶν ὕδατος εἶναί τι σύστημα, ἐν ᾧ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἐμβραχέντα ἀναζῆν. Haec ex Aristotele sumta esse, manifestum est. Verum uter ex altero emendandus sit, conjicere non ita promptum est. Quoniam tamen librariorum manibus minus versatus fuit Sotion, integriorem puto: & vero saniora ejus verba videntur. Sic ergo scripsisse suspicor Aristotelem, παρὰ Κιλικίᾳ φασὶν εἶναι ὕδατος συστημάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων, ὅταν ἀποβαφῇ, πάλιν ἀναβιοῖ. Porro his auctoribus arguitur codicis Regii error, qui scriptum praefert, πτηνὸν ἅπας νοσούντων, quod & probat Interpres, & πτηνὸν exponit ταχύ.

V. 62. Καί που ποθεῦσιν οἶνον μισητρὸν ἐστιν ὕδωρ.] Legebat Bochartus, ποτοῦσιν, sed reclamant Codices, & vocem ποτέω nescit Graecia: & receptae lectionis aperta sententia est: Efficit aqua isthaec, ut qui appetebant vinum, jam id fugiant. Intelligit autem fontem Clitorium, quem quisquis biberit non solum. (1) *vina fugit, gaudetque meris abstemius undis*, sed ne vini quidem odorem ferre potest. Caussam inusitatae rei hanc commenti sunt fabulatores, quod Proetidum insanarum purgamenta in has aquas Melampus projecerit. Testis ex Eudoxo Plinius, ex Isigono Sotion, qui & Mentes praeterea meminit, fontis alterius ejusdem naturae, in agro Reatino.

V. 64, 65. Καί που μέσον θαλάσσης πίδαξ ἀναῤῥοιβδεῖται.] Caesaris dictum refert Hirtius, omnia litora naturaliter aquae dulcis venas habere. Plurimi notantur hujusmodi fontes a veteribus. Ad Chelidonias insulas, ad Aradum, & in Gaditano Oceano dulces haustus reperiri scribunt (2) Plinius & Antigonus. Hujus generis Dine lacus Argolidis ex mari dulces aquas ducens; item alter Thesprotidis, (3) Pausaniae uterque laudatus. De his eleganter (4) Lucretius: *Quod genus endo mari spirat Fons, dulcis aquai, Qui scatit, & salsas circum se dimovet undas.* Huc referre possis & fluvios aquarum suarum in mari salso dulcedinem puram & sinceram servantes.

V. 66, 67. Καὶ χασμάτων ἐκπνεῖται προλεκτικόν που πνεῦμα.] Delphicum antrum significat, unde vapor prodiens Pythiam afflabat. Tale & Trophonii oraculum, & alia pleraque. Sic & Deiphobe apud Virgilium, suscepto intus Phoebi spiritu, ex ima spelunca emisso vaticinatur. Alibi fundebantur oracula, epota fontis arcani aqua, ut illa Clarii Apollinis, quae Colophone erat. Quo addas & fontes, quorum haustu Poëtae fiebant, Hippocrenen, Aganippen, Pirenen. Ex Castaliae sono & afflatu futura praedicebantur. Qua vi

(1) *Ovid. Met. libr.* 15. *vs.* 323. (2) *Plin. libr.* 2. *cap.* 103. *& libr.* 5. *cap.* 31. (3) *Pausan. Arcad. c.* 7. (4) *Lucret. libr.* 6. *vs.* 890. *&c.*

vi pollebat & Castalia altera ad Daphnen Antiochiae; & fons Didymaeus Branchidarum. Puteum in Boeotia memorat (1) Pausanias, ex quo, qui bibebant, vates fiebant. Refert (2) Plutarchus in Lycia prope Xanthum exundasse fontem, & tabulam aeream emisisse, in qua praedictum legebatur Persici imperii excidium. Ex fontis Limyrae piscibus, (3) Plinio teste, responsa petebant incolae, objecto cibo, quem abigebant caudis rem quaesitam negantes, annuentes rapiebant. Et fontes Tamarici in Cantabria habebantur in auguriis. Aponensi fonti inerat quoque vis *μαντικὴ*, itaque ex Patavino Geryonis oraculo talos aureos in eum jecit Tiberius, evenitque ut jacti summum numerum futurae felicitatis indicium ostenderent.

V. 68, 69. *Ἄσφαλτον ἄλλη γῆ δὲ πῶς ἐξάγει;*] Praeter Asphaltiten lacum Judaeae, & Babylonicos fontes naphthae & bituminis, quo turris Babelicae lateres coaluerunt, memoratur & naphtha Parthica Astacenorum, & Samosatenus malthae lacus; cujus malthae ignea vi adversus Lucullum Tigranocerta defensa est: item Arabicum bitumen, Joppense, Sidonium. Nobile inprimis Apolloniaticum, quod Nymphaei cratere egeritur: nobile & Zacynthium. Adde & Methonense, cujus meminit * Pausanias. Adde & Africanum in Atlante monte fontibus profluens, Marmolio celebratum. Sed & Cuba ingens illa insula novi orbis, & Peruvia, & Mexica fontes habent aquae piceae.

V. 71. *Πηγὴ ψόγῳ θολοῦται, αἰνουμένη δὲ λάμπει.*] Codices regii, *θολοῦται.* Sic & Vulcanius, qui habet & *ψόφῳ*, sed omnino legendum *ψόγῳ*, nam *Ψόγῳ θολοῦται*, opponitur *τῷ*, *αἰνουμένη δὲ λάμπει*, quod sequitur. Hujusmodi fontem nusquam alibi celebratum memini.

V. 74. *Κρυπτοὺς δόλους ἐλέγχειν*] Multa super hoc argumento protulimus in Quaestionibus Alnetanis. Nunc pauca haec dabimus. Perjuria ulciscebatur fons Palicenus Siciliae; non Sardiniae, ut temere scripserunt (4) Solinus, Priscianus, & Isidorus; inflicta caecitate, vel caecis ignibus, vel morte repentina; Tyaneus Jovis Horcii, ulceribus, vel arcana quadam vi, qua fontes in loco defixi haerebant, gementes & patrata scelera confitentes; Olachas Bithyniae amnis adustione. Titaresio fluvio nomen Horco fuit, quod crederetur Styge manare, propterea que poenalibus aquis, itidem ut ille, violatam jurejurando fidem vindicare. Stygis quoque nomen Ephesio cuidam fonti affinem ob causam tributum est, quod eo probaretur puellarum integritas, appensa ad collum

(1) *Pausan. Arcadic.* (2) *Plutarch Alexandr. p. 25. ed. Bryan.* (3) *Plin. libr. 31. cap. 2.* * *Pausan. Messen.* (4) *Solin. cap. 4. ubi vid. Salmas. Priscian. Perieg. Isidor. Orig. libr. 13. cap. 13. libr. 14. cap. 6.*

lum tabella, in qua descriptum erat juramentum. Talis & fons Artycomidis in (1) Eustathii Eroticis. Erat & Stygia aqua Bostris Arabiae prolabens, cujus aquas jurare timebant incolae, malo suo edocti: quisquis enim pejeraverat, hydrope confectus intra annum peribat. Auctor apud (2) Photium Damascius. Fons oleosus prope Carthaginem exarescebat, si quis impurus & impudicus accederet. Sin castus esset, plus olei profundebat. Sic Priscianus in Periegesi, vs. 489. et seqq. ubi agit de Sicilia, *Dianae fons est*, *Camerina gignitur unda*: *Quem si quis manibus non castis hauserit unquam*, *Laetifico tristis non miscet pocula Baccho.* Quae exhibet & Solinus. Tantalia aqua probationis Indi reorum innocentiam periclitabantur. Et alia quoque Indorum aqua Ctesiae memorata, ex qua si quis pauxillum biberat, mente alienatus, quidquid sibi admissum fuerat, sponte fatebatur. Eam in Æthiopia locant Sotion & Antigonus. Sed Æthiopas & Indos confundebant veteres. Nunc quoque Malabares & Madagascarenses perjurii suspectos subire jubent flumina crocodilis infesta.

V. 75. Ἄλλην καθαρτικὴν δὲ χυμῶν μόνων θρυλλοῦσιν.] Ea vis est propria acidorum fontium prope omnium, noxios humores purgare. Laudatissimi prae caeteris Tungrenses, quos Spadanos hodie appellamus. Purgant vitia, inquit (3) Plinius, tertianas febres discutiunt, calculorumque vitia. Quae idem praestent, recenset is quoque Enarienses, Acidulas Teanenses, Venafranas, Stabianas, & Velinas; Syriae fontem juxta Taurum, & Gallum Phrygiae amnem. Utilis & adversus podagram Cydni fluvii potus; adversus scabiem fontis Indici, quem laudat (4) Ctesias. Sunt aquae in novo orbe, quae luem Veneream, sunt quae febres abigant.

Superioribus versibus Vulcanianus codex, atque item Regii hos duos subjiciunt: ἄλλην δέμας κρατύνειν χαῦνον διϊσοροῦσιν. Interpres χαῦνον exponit παραλελυμένον. Tales autem sunt Borbonii fontes, quorum mirificam vim ad firmandos nervos, corporibusque infirmis robur restituendum, omnis Gallia experitur. (5) Plinius de quibusdam aquis: *Jam generatim nervis prosunt.* Singulariter de Cutiliis aquis Sabinorum: *Aptissimae stomacho, nervis, universo corpori.*

V. 77, 78. Ὕδωρ πικρὸν τελεῖ δὲ φῶς ἡλίου καυσῶδες, &c.] Contra fons Solis in Troglodytis, inquit (6) Plinius, *appellatur dulcis, & circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore & amaritudine infestatur.* Apud eosdem Troglodytas lacum po-

(1) *Eustath. Erot. libr.* 8. & 11. (2) *Phot. Tm.* 242. *p.* 1062.
(3) *Plin. libr.* 31. *cap.* 2. (4) *Ctes. apud Phot. Tm.* 72. *p.* 155.
(5) *Plin. libr.* 31. *cap.* 2. (6) *Plin. libr.* 2. *cap.* 103.

ponit (1) Juba, qui ter die, ter nocte, amarus salsusque fiat, totiesque dulcis. Himeraeum fontem amarum esse dum in Aquilonem fluit, dulcem ubi flectitur ad Orientem perhibet (2) Solinus. § Et Leo Africanus fluvium Africae Darham aestivis fervoribus amarorem contrahere scribit. Mare Caspium subit fluvius quidam Persidis, cujus aqua reliquo tempore dulcis, salsa fit per unicum anni mensem. Hypanis, caetera dulcis, amaritiem contrahit aliquo antequam mare subeat spatio, exceptis amari cujusdam fontis aquis. Et fons Achilleus Mileti, partim dulcis, partim salsus esse fertur.

V. 81, & seq. Ὄλβος δὲ πηγῆς ἐστι, &c.] Cave putes vim utramque eidem fonti tribuere Paulum, sustinere res graves, leves deprimere. In aliis vult nihil mergi, nihil fluitare in aliis, sed omnia deorsum ferri. Vicinorum quidem duorum fontium Carrinensis Hispaniae agri alteri adscribit (3) Plinius omnia respuere, alteri omnia absorbere. Nihil mergitur in aquis bituminosis; puta in lacu Asphaltite, & in alio lacu Palaestinae prope Joppen. (4) Seneca: *Quosdam lacus esse, qui nandi imperitos ferant, notum est. Erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum, in quo natant lateres, & mergi projecta non possunt, etsi gravia sunt. In Africae lacu Apuscidamo*, inquit (5) Plinius, *omnia fluitant, nihil mergitur: item in Siciliae fonte, ut Apion tradit, & in Medorum lacu, puteoque Saturni.* Fons ille Siciliae, Agrigentinus est, oleaceo liquore manans; nam fluitare in eo omnia prodit (6) Strabo. Lacus Medorum Arethusa appellatur, in eumque influit Tigris, & eodem (7) Plinio teste omnia illata pondera sustinet. Fontem Indicum memorat (8) Ctesias, qui aurum quidem & argentum, aes etiam atque ferrum intus capit; caetera omnia & lavantium quoque corpora, ejaculatur sursum tanquam ex machina & in terram jacit. Impacta quoque pondera respuere fontem quemdam Arabicum prodidit (9) Juba, non spissitudine aquarum, sed ejectionis impetu. Plures hujusmodi aquas recensere possem. Contra vero idem Ctesias *tradit Siden vocari stagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur.* Verba sunt (10) Plinii. In quo haec deinde subsunt: *Coelius apud nos in Averno ait etiam folia subsidere:* quae sumta sunt ex (11) Aristotele. Eamdem levitatem & naturam Siliae Indorum flumini tribuit apud

(1) *Jub. apud Plin. libr.* 31. *cap.* 2. (2) *Solin. cap* 5. § *Leo Afric. libr.* 3. (3) *Plin. libr.* 2. *cap.* 3. (4) *Senec. Nat. Quaest. libr.* 3. *cap.* 25. (5) *Plin. libr.* 31 *cap.* 2. (6) *Strab. libr.* 6. (7) *Plin libr.* 6. *cap.* 27. (8) *Ctes. Indic. apud Phot. Tm.* 72. *p.* 155 (9) *Jub. apud Plin. libr.* 31. *cap.* 2. (10) *Plin. libr.* 31. *cap.* 2. (11) *Arist. de Mir. ausc.*

apud (1) Strabonem Megasthenes. An idem dicemus esse Siden & Siliam? an aliud ex altero emendabimus? Videant Criticorum filii. Lacus Æthiopici, oleacei, adeo liquidi & infirmi, ut vel levissima folia pessum accipiat, meminit (2) Herodotus, ex eoque Mela, & Solinus. In monte Faraan qui est ad Septentrionem Turcorum, qui dicuntur Odhcos, lacum esse ait (3) Geographus Nubiensis, in quo nullum animal, nec aliud quidquam potest natare.

V. 84. Ἄνω Φέρων τὴν ἄχνην] Lege, ἄνω Φέρων ὡς ἄχνην.

V. 85. & seq. Ἄλλος δὲ ῥοῦς μικρός σοι, ὃς σωμάτων τὰς θλάσεις, &c.] Redit Paulus ad (4) Aristotelem. Sic ille, ἐν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας Φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρὸν, ἐξ οὗ καὶ ῥεῖ τοιοῦτον ὕδωρ, ὃ τὰ μὲν ἕλκη καὶ θλάσματα ταχέως ὑγιεινὰ ποιεῖ, καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑποζυγίων· ἐὰν δέ τις ξύλον μὴ παντάπασι συντρίψας, ἀλλὰ σχίσας ἐμβάλῃ, συμφύεται, καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ καθίςαται. Haec sumsit Sotion pene αὐτολεξεί. (5) Plinius: *Theopompus in Scotusa lacum esse dicit, qui vulneribus medetur.* Intellige Scotusam Thessaliae, ut constat ex Aristotele & Sotione; non Macedoniae, ut perperam opinatus est Dalecampius. Idem perhibet Plinius de Leucogaeis fontibus, inter Puteolos & Neapolim. (6) Solinus de fontibus Sardiniae: *Fontes sane calidi & salubres aliquot locis effervescunt, qui medelas afferunt, aut solidant ossa fracta.* Sed haec Sardiniae fontibus perperam adscripsisse Solinum, quae pertinent ad fontes Siciliae, contendebat Salmasius. Aqua lacus Vadimonis fracta solidantur auctore (7) Plinio Caecilio.

V. 90, & seq. Ἔςι, λέγουσι, νᾶμα, ὅπερ βαλὼν εἰς ἄγγος, &c.] Et haec suppeditavit (8) Aristoteles: ἐν Ἰλλυριοῖς δε τοῖς Ἀρδιαίοις καλουμένοις παρὰ τὰ μεθόρια τῶν Αὐταρεατῶν, κἀκεῖνοί Φασιν ὄρος εἶναι μέγα· τούτου δὲ πλησίον ἄγκος, ὅθεν ὕδωρ ἀναπηδᾷν, οὐ πᾶσαν ὥραν, ἀλλὰ τοῦ ἦρος πολὺ τῷ πλήθει· ὃ λαμβάνοντες, τὰς μὲν ἡμέρας ἐν τῷ ςεγνῷ Φυλάττουσι, τὰς δὲ νύκτας εἰς τὴν αἰθρίαν τιθέασι, καὶ πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας τοῦτο ποιησάντων αὐτῶν, πήγνυται τὸ ὕδωρ, καὶ γίνεται κάλλιςον ἅλας. Aqua Nili derivata in foveas in salem concrescit. Talem & apud Cuscanos novi orbis reperiri fontem ferunt. (9) Ctesias fontem esse narrat apud Indos, cujus aqua statim atque hausta est in casei modum coaguletur. Fontem habent Hierapolitani Phryges, cujus summa superficies in crustam caerulei coloris coit & durescit. *Quis non gravissimas esse aquas credat,* inquit (10) Seneca, *quae in crystallum coeunt? Contra autem est. Tenuissimis*

(1) *Strab. libr.* 15. *p.* 703. (2) *Herodot. libr.* 3. *c.*23. *Mel. libr.* 3. *cap.* 10. *Solin. c.* 30. (3) *Geogr. Nub. Clim.* 5. *part.* 9.
(4) *Arist. de Mir. ausc. p.* 1162. (5) *Plin. libr.* 31. *cap.* 2.
(6) *Solin. cap.* 4. (7) *Plin. Caec libr.* 8. *Epist.* 20.
(8) *Loc cit p.* 1164. (9) *Ctes. Indic. apud Phot. Tm.* 72.
(10) *Senec. Nat. Quaest. libr.* 3. *cap.* 25.

nis hoc enim evenit, quas frigus ob ipsam tenuitatem facilime gelat. Unde autem fiat ejusmodi lapis, apud Graecos ex ipso nomine apparet: κρύσταλλον enim apellant aeque hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciem, ex qua fieri creditur. Aqua enim coelestis minimum in se terreni habens, cum induruit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis, donec omni aëre excluso in se tota compressa est, & humor qui fuerat, lapis effectus est. De aquis in salem, vel Sole, vel igne, vel sponte concrescentibus nota sunt omnia.

V. 94. Ἔστιν, λέγουσιν, ἄλλο, ἐξ οὗ πιεῖν προκύψας, &c.] Sic Tantali aqua apud Inferos captantem fugiebat.

(1) Στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι.
Ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων, πιέειν μενεαίνων,
Τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχέν.

Quem locum Homeri Paulum dicas respexisse. Affine horum est quod scribit Sotion de quodam Italiae puteo: ἐν δὲ Ἀλιφάνῳ τῆς Ἰταλίας φρεάτιόν ἐστι βαθὺ, οὗ τὸ μὲν ὕδωρ βλέπεται, ἥλικον δ' ἄν τις χαλάσῃ σχοινίον, οὐκ ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ὑπὸ θείου τινὸς κωλύεται.

V. 96. Δύνον βλέπει σε φεύγον] Sensus postulat ut legamus βλέπεις.

V. 98, & seq. Ἔστιν δὲ ῥοῦς, ὦ θαῦμα, ὅς, εἰ δεδέξεταί τι, &c.] Ceton fluvium prope Cumam hac dote praeditum narrat (2) Aristoteles. Ceton intellige Silarum, de quo idem produnt Strabo, Silius, & Plinius. Sexcentis aliis vim eamdem adscribunt veteres & recentiores Scriptores: Caesius inprimis & Baccius. Et sane in Italia plerosque huiusmodi fontes, quosdam in Islandia, Hibernia, Scotia, Anglia, Gallia, Germania, Hungaria, Tercera insula, in Java, in Peruvia novi orbis, hodieque reperiri constat. E veteribus plurimos recensuit (3) Plinius, Nonacrinum, Perperenium, Deliensem; alium in Eurymenis; lacum Velinum, paludem Reatinam; alios in Colossis, in fodinis Scyreticis, in Ciconibus; Surium Colchidis; destillantes guttas in antris Coryciis, Miezae in Macedonia, Phausiae Chersonesi Rhodiorum; (4) Vitruvius & Strabo aquam Hierapolitanam Phrygiae; hic & Laodicenam, ille & Cappadocicam; (5) Antigonus Pamphyliam in Muabi, & Coam; Sotion Magnesiam; Seneca Ciconum flumen ex Ovidio, Puteolanas aquas, Albulam aquam, & Stygem Arcadiae circa Nonacrin, cujus mortiferam vim caussae huic adscribit.

V. 12.

(1) *Hom. Odyss.* λ. *vs.* 583. (2) *Aristot. de Mir. ausc. p.* 1158. *Strab. libr.* 5 *Sil. libr.* 8 *Plin. libr.* 2. *cap.* 103. *Caes. de miner. libr.* 1. *cap* 6. *Bacc. de Therm. libr.* 1. *cap.* 15. (3) *Plin. libr.* 31. *cap.* 2. *& libr.* 2. *cap.* 103. (4) *Vitruv. libr.* 8. *cap.* 3. *Strabo. libr.* 13. (5) *Antig. Hist.* 150. 177. *Senec. Nat. Quaest. libr.* 3. *cap.* 20. *Ovid. Met. libr.* 15. *vs.* 313, 314.

V. 102. Ἄλλην λέγουσι κρήνην, &c.] Dedit haec quoque (1) Aristoteles: ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Συρακούσας κρήνη ἐστὶν ἐν λειμῶνι, οὔτε μεγάλη, οὔτε ὕδωρ ἔχουσα πολύ· συναπαντήσαντος δὲ εἰς τὸν τόπον ὄχλου πολλοῦ, παρέσχεν ὕδωρ ἄφθονον. Idem ex Aristotele narrat Sotion. Compressa nempe adstantium pedibus terra aquam exprimebat. Quae caussa miraculi fontis illius, de quo cecinit (2) Claudianus: *Nec te miracula fontis Praetereunt: tacito passu quem si quis adiret, Lentus erat: si voce gradum majore citasset, Commistis fervebat aquis.* Fons is extat in Lucanis. Alium celebrat (3) Statyllius Flaccus, qui dulcesceret silentio, loquela coacesceret. Quaedam feruntur Indorum aliarumque gentium aquae sonitu & pedum pulsu effervescere; nonnumquam & tempestates excitare.

V. 106. Ἄλλην δέ που πιστοῦνται, ἣ, &c.] Auctor & istorum Aristoteles: περὶ τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Μυθήπολίς ἐστι, κώμη ἀπέχουσα Κίου ὡς σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι, ἐν ᾗ τοῦ χειμῶνος ἀναξηραίνεται πάντα τὰ φρέατα, ὥστε μὴ ἐνδέχεσθαι βάψαι τὸ ἀγγεῖον· τοῦ δὲ θέρους πληροῦται ἕως τοῦ στόματος. Eadem recitat Antigonus auctore Eudoxo, qui Nili exundationibus id comparat: Idem fonti Hierosolymitano contingere scribit (4) Eusebius ex Philone: idem Novano fluvio in agro Pitinate Plinius. Quod & aliis multis observatum est. Est & fluviolus in inferiore Neustria, non procul Cadomo, cui ab aquis limo albis & turbidis vetus nomen Saxonicum est. Is, exilis fere & pertenuis ac prope aridus, aestate nonnumquam intumescit, tumque sterilitatem frugum & annonae caritatem vulgo creditur portendere. Contra puteus Nehemiae dictus in Palaestina fertilitem spondet cum attollitur.

V. 110. Ἄλλην ἀκούεις πάντως ὕδωρ, &c.] Derivata haec quoque ex (5) Aristotele: ἐν τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ νιτρῶδές ἐστι τὸ ὕδωρ, ὥστε τὰ ἱμάτια οὐδενὸς ἑτέρου ῥύμματος προσδεῖσθαι. Quod repraesentavit (6) Antigonus. Idem & de lacu Pasa proditum est ab Aristotele in Problematis. *Influit* Tigris *in lacum Arethusam*, inquit Plinius, *omnia illata pondera sustinentem, & nitrum nebulis exhalantem.* Lacus is est, quem alio loco *Lacum Medorum* appellat Plinius, & quem Strabo Arsenen sive Thonitin. In arce Cairi Ægyptii lacus est, cujus aqua vestes immissas purgat, et saponis vim et odorem habet.

V. 114. Θερμὰ προχεῖ δὲ λίμνη, ὡς μὴ, &c.] Origo istorum, liber idem Aristotelis: ἔτι δὲ λίμνη ἔοικε πλησίον τοῦ

(1) *Arist. de Mir. ausc p.* 1154. (2) *Claudian. de* VI. *Consul. Honor. vs.* 508. *& Seqq.* (3) *Statyll. Flacc. Anthol. libr.* 1. *cap.* 65 *ep.* 1. (4) *Euseb. Praep. Euang. libr.* 10. *Plin. libr.* 2. *cap.* 103. (5) *Arist. de Mir. ausc p.* 1154. (6) *Antig. Car. Hist. Mir. c.* 172. *Arist. Probl. Sect.* 23. *Quaest.* 40. *Plin. libr.* 2. *cap.* 3. *& libr.* 6. *cap.* 27. *& libr.* 31. *cap.* 2. *Strab. libr.* 11. *p.* 529.

τοῦ ποταμοῦ (*Ἠριδανοῦ*) *ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα, καὶ χαλεπὸν ἀποπνεῖ, καὶ οὔτε ζῶον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει· μυθεύουσι δὲ οἱ ἐγχώριοι Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην.* Sotion haec arripuit. Item Ariſtoteles in Japygia fluentum cruentum eſſe narrat, odoris adeo tetri, ut vicinum mare adiri non poſſit. Anigri fluvii, ex Arcadicis montibus profluentis, aquam eſſe a fonte foetidam, nec piſces alere docet nos: (1) Pauſanias. Cauſam referunt Mythologi ad Centauros, qui vulnera, ſibi venenatis ſagittis ab Hercule inflicta, illic laverunt. Fontes in Africa commemorat Leo piceos & graveolentes. Foetidae aquae fontem in Leucis urbecula Salentinorum ponit (2) Strabo; & Gelonium Siciliae ſtagnum foetoris gravitate accedentes abigere ſcribit Solinus. Adde & Albuneae fontem, & lacum Amſanctum, Virgilio cantatos. Adde & amnem diri odoris ſubter medias Caucaſeas portas fluentem.

V. 118. *Ἐκεῖ λέγουσιν εἶναι πολλὰς*, &c.] *Ἐκεῖ*, nempe in putido illo lacu, Eridano proximo, mox commemorato. Sic enim de eo (3) Ariſtoteles, unde haec prodierunt, *εἶναι δὲ ἐν αὐτῇ* (*λίμνῃ*) *αἰγείρους πολλὰς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον· οἱ δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμι, διὰ τὸ ἀποσκληρύνεσθαι ὡσανεὶ λίθον, καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφέρεσθαι εἰς τοὺς Ἕλληνας.* In loci hujus vicinia locat Electridas inſulas Ariſtoteles, quibus ab electro nomen. Verum haec vanitatis merito inſimulat (4) Plinius. Quod populis Plinius, id Sipachorae Indicae arbori tribuit (5) Cteſias, aitque lacrymas ex eo effluere, quae fluvio exceptae in ſuccinum coagulentur.

V. 122. *Τίκτει δὲ τοῦτο πρῶτον.*] Lege, *πίπτει*, nempe ex populis: nam ſic habet Ariſtoteles, unde prodierunt iſta, *αἰγείρους πολλὰς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον.* Deinde nihil habet quo referat *τὸ τίκτει.*

V. 125. *Ὦ τοῦ ξένου μετάλλου.*] Metallum appellat electrum, quod poſtquam in terram ejectum eſt, operitur tractu temporis, & ab incolis, perinde ut metalla, effoditur. Sic Manilius frumentum ſub terra conditum in ſpecubus, quos Siros appellabant, vocat *Metallum*: ſic Solinus dixit *Salinarum metalla.*

V. 127. *Φέρει τόπος τὶς λίμνην*, &c.] Debentur iſthaec (6) Ariſtoteli: *Φησὶν εἶναι ὁ Πολύκριτος, ὁ τὰ Σικελικὰ γεγραφὼς ἐν ἔπεσιν, ἔν τινι τόπῳ τῆς μεσογείου, λιμνίον τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον· τοῦτο δ' ἔχειν ὕδωρ διαυγὲς μὲν, οὐ μικρῷ δὲ θολερώτερον· εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεσθαι εἰς εὖρος· ἐὰν δὲ καὶ δεύτερον, μᾶλλον πλατύνεσθαι· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γινόμενον διευρύνεσθαι· ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν, ἐκβάλλειν μετέω-*

(1) *Pauſan. Eliac. p.* 386. (2) *Strab. libr.* 6. *p.* 281. *Solin. cap.* 5.
(3) *Ariſt. de Mir. auſc.* p. 1156. (4) *Plin. libr.* 3. *cap.* 26.
(5) *P.* 150. *apud Phot. conf. Plin. l.* 37. *c.* 2. (6) *De Mir. Auſc. p.* 1161.

τέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος· ὡς δ᾽ ἂν τοῦτο γένηται, εἰς τὸ ἀρχαῖον πάλιν σχῆμα τῆς περιμέτρου καθίςασθαι. Eadem haec iterat Sotion; & alterius praeterea fontis Indici meminit, auctorem secutus Ctesiam, qui lavantes in terram ejicit magno impetu. Locum supra tetigi.

V. 137. *Πέτρας καπνὸς δ᾽ ἐξέρπει*, &c.] Sequitur hic etiam (1) Aristotelem: *Φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιτανίαν πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Ἀπολλωνιάτιδος εἶναι τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐςιν· ἐπειδὰν δ᾽ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ᾽ αὐτὴν, ἐκφλογοῦται.*

V. 141. *Ἄλλη δέ τις βραχεῖα πῦρ*, &c.] (2) Plinius de Gagate lapide: *Mirumque, accenditur aqua, oleo restinguitur.* Verum Paulus aliam quampiam pettam in animo habuit; non quae accendi posset, sed arderet.

V. 145. *Δέλτοι φέρουσιν ἄλλην*, &c] Habuit etiam ista ex (3) Aristotele: *Φασὶ καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν, αὐτοφυᾶ, μεγάλην τῷ μεγέθει.* (in ditione Carthaginensi) *ταύτης οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ᾖ θέρος, φλόγα ἀναπίπτειν πυρός· χειμῶνος δὲ γενομένου, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναββάινειν, οὕτω ψυχροῦ, ὥςε χιόνι συμββαλλόμενον, μηδὲν διαφέρειν, καὶ τοῦτό φασιν οὐκ ἀπόκρυφον, οὐδὲ μικρὸν χρόνον φαίνεσθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ ἀνιέναι τὴν θερείαν ὅλην, τὸ δὲ ὕδωρ πάντα τὸν χειμῶνα.*

